69
4 D
34

69
4
D
34

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDV
LAE DOMINI, CONCORDIAEQVE
COMITIS, LIBER DE PROVI
DENTIA DEI CONTRA
PHILOSOPHA/
STROS.

IO. FRANCISCVS PICVS.R.D.GRIMANNO.CAR.
S.M.FOELICITATEM. *Amicitiam habuit cum Antonio pa
tre tuo cõſtitutam Galeotus pater meus, dum ipſe præeſſet equi
tibus ueneti ſenatus, inquo ille diuitiis, authoritate, genere, plurimum pote/
rat. Eam tu cum Ioãne Pico patruo poſtmodũ auxiſti/mecum (ut arbitror)
poſt imaturum eius obitum, cõſumaſti. Cuius quidem amicitiæ nomine, cũ
nihil adhuc molitus eſſem, magnis etiam beneuolẽtiſſimi animi ſignis, a te
prouocatus, Cogitaui frequenter, ut ſi gratiam referre non poſſem, eius ta
men habitæ ſignum aliquod ſtatuerem, quo ad ipſius referendæ ſe ſe præſta
ret occaſio, ueluti meæ erga te obſeruãtiæ ꝑpenſæq; uolũtatis indiciũ. Nec
aliud occurit cogitanti, q̃ monumentum aliquod litterarii noſtri laboris tibi
dono mittere, tuoq; ſub nomine publicare. Ratus etiam me tibi gratum fac
turum, et ꝙ amas litteras, inquibus emines, et ꝙ memoria teneo cũ me Ro/
mæ habuiſſes in cõuiuio, non deſtitiſſe monere, ne quam ſolebam diſciplinis
impendere curam, dimitterem, ob eas quæ me prope conculcauerant mole/
ſtias, neu bello quod tum mihi fuerat illatum, a litteris auelli me ſinerem.
Quæ quidem uerba, cum eiuſmodi fuiſſent ut me, q̃q̃ ſatis animatum, impel
lerent, ut non modo doctrinis nuncium non remitterem, ſed ſocias laborum
moleſtiarũq;, et itinerũquoq; indiuiduas comites litteras aſſumerẽ, ita ut nõ
pauciora uexatus q̃ quietus lucubrarim, non uideris illa poſſe non habere
grata quæ uidelicet ut fierent monuiſti. Itaq; cum biẽnio antea pleriq; meo
rum librorum fuiſſent in Germania formis impreſſi me hic agente, et mox
hymnos meos et eorũ cõmentaria dum ibi diuerſarer excuſos Italicis typis
conſpexiſſem, nil mihi ſeſe obtulit aliud ad te deſtinandum, q̃ hoc ipſum de
prouidentia dei contra philoſophaſtros uolumen nuper a me compoſitum.
quod uel ipſo titulo/qua es et doctrina et pietate/ futurum tibi iucũdum mi
nime dubito. Vale.*

¶ Index Capitum principalium quæ continentur in libro de prouidentia dei compoſito a Io. Franciſco Pico Mirandulæ. D. et concordiæ Comite.

Prooemium totius libri.

Prima libri pars.

Eos qui prouidentiam dei negant, non modo ſacris litteris aduerſari, et ab antiquiſſimis uariisq; gentium monumentis diſcedere, nec ſolum a Platone et ſectatoribus, familiaque ſtoicorum diſſentire, Sed etiam mõſtrare ſe peripateticos nõ eſſe. Cap. primum.

Ab Ariſtotele cum de moribus philoſophatur, et ab Auerroe Ariſtotelis interprete prouidentiam ſtatui. Cap. ii.

Qui diuinam prouidentiam negant, refelli poſſunt ex iis quæ Ariſtoteles de rebus ciuilibus diſſeruit. Cap. iii.

Eosq; hoſtes ſũt diuinæ ꝓuidẽtiæ cõtradicere Ari. de re familiari præcipiẽti. Cap. iiii.

Affirmari ꝓuidẽtiã dei ab Ariſt. et Auer. cũ de pricipiis naturæ, de aia, de generatiõe, de coelo, de prima philoſophia, aliiſq; rebus decernũt. Cap. v.

Qui de prouidentia dei impie ſentiunt, cõmoneri poſſunt ex libris rhetoricorum, problematum, de mundo, et aliis pluribus ab Ariſtotele compoſitis, necnõ ex eis authoribus, qui philoſophi ipſius geſta ſcripſerunt, et opera interpretati ſunt. Cap. vi.

Confutãtur nonnulla reſponſa quæ dari poſſent teſtimoniis antea ꝓlatis. Itemq; refelluntur qui non uere et ex animo, ſed ficte metuque ſacerdotum loqutum Ariſtotelem et Auerroem autumant. Cap. vii.

Recitantur et multipliciter diſſoluũtur rationes, quibus nõnulli dei ꝓuidentiam tollere conantur, et Ariſtotelis et Auerroys loca in ultimo libro primæ philoſophiæ declarantur. Cap. viii.

Eos quorum ſolutæ ſunt rationes eo deduci ut aduerſa pugnãtiaq; dogmata protulerint. Ibiq; deum eſſe omnium cauſam efficientem. Cap. ix.

Alexandrum Aphrodiſienſem ſententias Ariſtotelis de ꝓuidentia dei perperã intellexiſſe, et male eas intelligendi pleriſq; tribuiſſe occaſionem, ſed et ueritati et ſibi ipſi non conſenſiſſe. Cap. x.

Secũda libri pars.

Quid actum et quid agendum. Itẽq; quid ꝓuidentiæ nomine debeat itelligi accuratius declaratur. Cap. xi.

In deo prouidentiam eſſe, idq; rationibus aſſeritur. Cap. xii.

Quid proprie ſit dei prouidentia. Cap. xiii.

De fato, neceſſitate, fortuna, nemeſi, æſa, parcis, adraſtia, ꝙ uarie ueteres philoſophi diſſeruerint, et quo pacto illa ſub ꝓuidẽtia reduci quirent. ibiq; de præuidentia, uocatione, prædeſtinatione, et præscientia. Cap. xiiii.

Qđ uulgus illitteratorum in consideranda ꝓuidentia dei frequenter allucinatur, et quomõ, item quo pacto nõ difficulter possit illuminari. Cap. xv.

Qđ ex uulgo eruditorũ alii ꝓuidẽtiã negãt, alii eã uel minime, uel male cõſiderãt, et q̃re id fiat, et quo pacto poſſẽt ab errore facile reuocari. Ca. xvi.

Duas colligi male philosophantium opiniones, non minus inter sese ꝙ cum prouidentia pugnantes, alteram causarũ omniũ ordinis necessarii. Alterã ipsarum causarum concursus temerarii. Cap. xvii.

Prima opio de oium cãrũ neceſſitate repellitur, et eius euellũtur fundamẽta. Cap. xviii.

Cõfutatio ſecũdæ opinionis de temerario cauſarum cõcursu. Cap. xix.

Diſſoluuntur rationes ſecundæ opinionis iam confutatæ. Item agitur contra aduersarios. Item operis Epilogus. Cap. xx. et ultimũ.

¶Ioannis Franciſci Pici Mirandulæ.D.Concordiæq; Comitis.De proui dentia Dei contra Philoſophaſtros Liber.ad Ampl.P.Dominicũ Gri/ mãnum tit.s.Marci Card.et Patriarcham Aquileienſem.

Prooemium.

INTER Celebratos uniuerſæ philoſophiæ locos/ullum non arbitror extitiſſe doctiſſime præſul qui æque torſe/ rit ingenia contemplantiũ ac is/qui nuncupatur de pro uidẽtia diuina. quo factum/ut omnes qui dediderunt ſe ſtudio ſapientiæ/ipſum unum præ omnibus excutiẽdum putauerint ,quaſi eo poſt habito fruſtra uiderentur ocio negocium permutaſſe.Hinc apud uetuſtas gentes quæſtio de natura deorũ in primis uiguit,quæ nõ tam per ſeſe tractabatur,q̃ ut eius ipſius cognitiõe deprehendi poſſet/an ſuperi curarent humana. et poſterioribus etiam ſe/ culis in ea perſeuerarũt inquiſitione multi/diſputantes de coeleſtibus glo/ bis / qui aguntur in orbem aſpiritibus a materia ſeiunctis/quos et mentes et deos appellauit antiquitas. Quæ quidem res,tam et ſi paruo negotio ſin cere/copioſeq;/poterat a ſacris litteris haberi,nec non a uetuſtiſſimis gen/
Orpheus. tium authoribus Orpheo et Homero/qui ad ægyptum uſq; diſcendi gratia
Homerus. perrexerũt et ab eis litteris multa ſubduxerunt/quoquomodo trahi, nihi lominus offuſa multis/propter prauos mores inſaniãq; protagoræ caligo, reuocauit indubium / quod alioqui facile cognitu perſpicuumq; fuerat .
Plato. At poſtq̃ Plato / quæ de prouidentia dei a ſacris litteris , dum et ipſe in ægypto diuerſaretur utcũq; ſurripuerat/memoriæ prodidit, Aperire quo/ quomodo ſe ueritatis radius occœpit, Sed iterum nubibus adoperiri uiſus, quando in multas ſemitas,diuerſosq; calles/lata illius uia deducta eſt,occa ſione deſumpta ꝙ ſub mille inuolucris ueritatem diſſimulaſſe putaretur. Euenitq; propterea/ut pleriq; deſfloreſcente iam philoſophia, uel uitiorum quibus oblectabãtur cupidine/uel intellectus imbecillitate/de diuinis rebus dubitarint , et rerum humanarum procurationem abnegare q̃ affirmare maluerint, inclinareq; paulatim et labi nõ in protagoræ modo/ſed in Epi curi quoq; et Diagoræ/Theodoriq; tenebras / qui diuinam prouidentiam ſuſtulerũt.proximis uero temporibus q̃q̃ euangelica lampas mundum ful/ Euangelica
gentiſſime colluſtrauit,pnitioſe tamen nonnulli caput obiectarunt tetræ ca lampas.
ligini,ꝙ iam receptum et pene multitudini perſuaſum uidebatur in ea etiã
Ariſtoteles. caligine philoſophum Ariſtotelem peripateticorum principem aberrauiſſe. Ita ut q̃uis unam mentem omnium ſupremam cui nomen deus admiſerit, q̃uis ultimo de naturali auſcultatione libro motorem primum agnouerit,et primam cauſam confeſſus fuerit duodecimo primæ philoſophiæ,Rerum ta men inferiorum atq; hominum curam eidem ipſi non ineſſe decreuerit. quapropter præceps fuit quibuſdã turpiſſimusq; lapſus intenebras impieta tis,quoniam ipſius philoſophi monumenta diu uidentur eam authoritatem
Pythagoras. apud multos cõſecuta/quam apud ſuos diſcipulos uiuens pythagoras habuit
Iuniores theologi. cuius ſententiis non audire nefas ducebatur.et apud iuniores theologos id honoris obtinuerunt/ut eis uſi ſint ad confirmanda noſtræ religionis dog/
Auguſtinus. mata,ut pote quæ ipſi putarint eſſe propinqua licet Aug.platonica,Hiero.
Hieronymus. ſtoicorum placita propiora cẽſuerit. Hinc accidit ut facile non audierint prouidentiæ dogmatis nõnulli,ꝙ ea diſsẽtire ab Ariſtotele cẽſuerint.prop

Interpretamenta hymnorum.

tere.a uidebor rem,uti promiſsis/quæ cum alibi tũ in meorum interpreta/
mẽtis hymnorum ueluti uadimonia reliqui debitam, ita nec inutilem/nec
iniucundam bonis effeciſse, ſi dei prouidentiam aſseruero pro uiribus,ad/

Qui ſint philoſophaſtri.

uerſus homines non philoſophos certe/ utpote qui ſint infenſi ſapientiſsimis
decretis prouidẽtiæ/ quã noſtra prædicat fides,ſed eorũ uerbo tenus immi
tatores,minutos certe ignarosq; philoſophos/qui nuncupari ſolent philoſo

Quid aduerſus philoſophaſtros

phaſtri. Quibus etiã prima libri parte mõſtrabo/Ariſt.ipſum ſtagiritem pe
ripatheticorum principem litterarum monumentis tradidiſse deum huma/
na curare,et alienum ab hac ſententia non fuiſse Auerroem/Arabem lin/
gua/cordubenſem patria quem proximum ſue inſcitiæ et impietatis patro/
num fecerũt. Hoc autem non ideo mihi faciendum exiſtimaui,quaſi ueritas
ipſa teſtimonio indigeat Ariſt.et Auerroys qui nec illam ſincære cõtempla
ti,ſed ut ii qui cum prouidentia pugnãt/et eius iaculis obiciunt ſcutum de
Auerroys et Ariſt.pelle,male illud fabrefactum agnoſcant,diſcantq; de ea
fieri commodius poſse flagellum ad cedendos hoſtes prouidentiæ:quod ubi
perſpexerint fieri poterit facilius/ut aut hiſcere nõ audeant et garrire in
angulis, inforo.n.et platcis ut caueant publica poena ſatis effecit,aut nobi/
ſcum quod optabilius multo ſentientes/armis prouidentiæ ſuccũbant. Itaq;

Quid prima libri parte.

in primis oſtendemus eos,qui dei prouidentiã negant,non modo ſacris ad
uerſari litteris,et ab omniũ gẽtium quæ de ea generatim quoquomodo ſta
tuerunt ſententia diſcedere/ſed etiam ab Ariſt.et Auerroe diſsentire, quo/
rum dogmata quæ maxime ſibi illi fauere putabant contra ſe maxime ſen
tentiam tuliſse palam fiet.Adiiciemusq;/fruſtra peti ab aphrodiſienſi Ale/

Quid ſecunda.

xandro/robur et uires fouendæ impietati. Poſtea uero ſecunda libri parte
de prouidentia ipſa ſumus exactius tractaturi/ ſummentes initium ab eius
nomine/quod alioquin duci poſset incontrouerſiam.hinc ipſam rationibus
non iam teſtimoniis in deo eſse mõſtrabimus. declarantes etiam longioris
opere ſubſellii quid ea proprie ſit/quando pleriq; celebrium authorum non
conſenſerunt,ubi q̃ longe theologis noſtris philoſophi gentium in prouidẽ
tia decernenda poſthabeantur/ aperiemus. et eius rei gratia de fato/neceſ
ſitate/æſa/parcis/Adraſtia / nemeſi/fortuna / de quibus/ uarie nec integre
diſseruerant,ut inæquiorem ſenſum declarari queant/mentionem habebi/
mus. ſubtexemuſq; nõnulla de uocatione/prædeſtinatione/Cæteris/quæ ob
eam quam putabantur habere cum prouidentia legitimam affinitatem/ſilẽ
tio prætereunda non erant.Errorem uulgi prætcrea / et eorũ qui ſe putãt
ſapientes/detegemus,et quo pacto allucinẽtur,quoq; modo facile colluſtrari
queant / ſubſignabimus. Non prætermittentes errores illorum confutare,
qui uel neceſsario cauſarum ordini/uel caſui et temeritati fortuitæ/cuncta
ſubiiciebant.Illud ſemper obſeruantes ut aduerſus omnia/quæ poſsent ho/
ſtes importunius obiectare/noſtri libertatẽ arbitrii defendamus,tueamurq;
non officere illi ſtatas prouidentiæ leges/quin poſsit et in alterutrã partem
inclinare / et quod malit aperte decernere. Itaq; aſpirante deo,quaſcũq; et
ſtudium et ratio ſuppetias nobis attulerint ad confutandos hoſtes prouidẽ
tiæ philoſophaſtros adducemus.A quibus ſi fieri poteſt humanitatis iure po
ſtulamus,ne de hoc opere quod eis ſi uoluerint magnopere profuturum eſt
prius ſententiam ferant,q̃ uniuerſum perlegerint.

¶Eos qui prouidentiam dei negant, non modo ſacris litteris aduerſari, et ab antiquiſsimis uariiſq; gentium monumentis diſcedere, Nec ſolum a Platone et ſectatoribus/familiaq; ſtoicorum diſsẽtire/ſed etiam mõſtra re ſe peripateticos non eſſe. Cap. primum.

D Iſputaturo mihi aduerſus eos/qui deum aut nihil omnino cu
rare/aut ſaltem rebus humanis inferioribuſq; nõ proſpicere
contendunt, in primis cauere opus eſt, ne meus hic labor in
Cyprianus. eam reprehenſionem incurrat, cui Cyprianus olim et mar
Firmianus. tyrio clarus et inſignis eloquẽtia ſubiacuit, ſi q̃dẽ Firmianus atq; Hierony
Hieronymus. mus (q̃d et alias meminimus) prodiderunt non recte illum feciſſe q; Deme
trianũ oblatrantem atq; obſtrepẽtem ueritati diuinis eloquiis cõfutauerit,
quibus nõ obaudiebat ſolum/ſed inſultabat Demetrianus, cum ante omnia
fuiſſet agendũ et eis/quas nõ cõtemnebat rationibus/et iis quæ recipiebat
gẽtiũ monumẽtis. Hoſtes itaq; ꝓuidẽtiæ iiſdẽ q̃bus utũtur armis ꝓſternẽdi
ſunt, tũq; fieri facile poterit/uti noſtra quæ nunc oderunt/et diligant/et li
benter ſuſcipiant. Et ad hæc etiam inuitamur exemplo diuinarum littera Diuinæ littere
rum/quæ non ſolum pigrum ad formicam/ſed etiamnũ dei ueri deſertores
ad inſulas Chetiim et in Cedar mittunt/ ut nouerint gentes in deorum
ſuorum (qui tamen non ſunt dei) cultu, cõſtantes permanere. Sic et plurimi
Io. Chryſoſto/ theologorum effecere. Sic et Io. Chryſoſtomus/aduerſus illos qui ex conſue
mus. tudine iurabant, Adducit fuiſſe inter gentes/qui claudicantem linguã/mul
ta meditatione correxerint, et qui motus humerorum ineptos frequenti en
ſis adpoſitione reſtituerint. demũq; non militum gentium, ſed philoſophorũ
mores cogitandos monet, ut qui deſpiciunt diuinas leges, q̃to ſint digni ſup
plicio condiſcant. Quare oſtendam eos qui prouidentiam negant, Ariſtoteli
quem ipſius erroris et impietatis authorem conſtituere moliuntur, eodem
Ariſt. teſte manifeſte cõtradicere, itemq; ſenſus Auerroys ipſomet iudice nõ
percepiſſe, mox et a ratione et a ueritate longiſsime diſcedere. Itaq; authori Diſputationis
tate primum, deinde ratione diſputabimus, quandoquidem in libro de mori ordo ſeruatus.
Auguſtinus bus eccleſiæ cenſuit Aug. naturæ ordinem ita ſe habere/ut cum aliquid di
ſcutimus rationem præcedat authoritas. nam poteſt infirma ratio uideri
quæ cum reddita fuerit authoritatem poſtea per quam firmetur aſſumit.
Præcedẽt ergo prima opis parte Ariſt. et Auerroys authoritates/et quæ ſu
ꝑ ipſis argumẽta fundaui. Secũda uero rationibus nõ teſtimoniis diſſerã.
Nec tamen uerebor ſi quãdo dabitur occaſio, ipſius Aug. exẽplo ordinem
uertere, in eos qui omnia contra ordinem et ſentiunt et loquuntur et gerũt.
Sed conſentaneum arbitror altius aliq̃to exordiri, et nonnulla præponere.
Illudq; præomnibus, tantas eſſe uires ueri illius cuius aſſerendi gratia
laboramus, cuiuſq; cognitio neceſſaria putatur ad fœlicitatem obtinẽdam,
ut ſuapte ſponte uideatur ab ortu naturæ inſertum mentibus omnium qui
rationis luce non carent, Adeo ut qui dei prouidentiam negant, ſe ipſos ho
mines eſſe negare uideantur, non modo in eorum numero nõ haberi/quos
Damaſcenus. præclaro præditos ĩgenio cõſenſus orbis iudicauit. Fuit ſane uetus opinio et Vetus opinio.
Auguſtinus. a primis uſq; probata ſeculis inſitum eſſe animis hominum, deum eſſe. quã
Thomas. non ſolum Damaſcenus Auguſtinus Thomas alii noſtræ religionis chri
Epicurus. ſtianæ theologi confirmarunt, qui clariſsima in luce uerſati ſunt, ſed inter
Iamblichus. denſiſsimas tenebras uidit epicurus, et platonicus Iãblichus increpuſculo

*comprehendit, Adiiciens eſſe in animis omnium quendam tactum diuinita
tis noticia meliorem. Cur autem ipſa cognitio atq; contactus ? ut nobis cer
te aliquo proſint pacto, Alioquin ea in caſsum tributa uiderētur, quo autē
pacto proderint ? niſi et conducant ad ipſum deum agnoſcendum et hono
randum, ut inde nobis ſit bene atq; beate. Hinc omnes gentes, omnes natio
nes conſtat in rebus aduerſis diuinum auxilium imploraſſe, et ſecundos ac
proſperos euētus precibus procuraſſe. Quotum.n. queq; reperies, qui aut nō
precetur quæ ſperat, aut non oret auerti quæ formidat? et quis nam ille qui
inquacūq; uel ſubitaria ſpe uel repentino moetu non inuocarit aliquod nu
men, quo ſe uoti compotem poſſe fieri crederet? hoc cū uniuerſo generi ab
initio fuerit inditū, ut ex omnibus hiſtoriis colligitur, a natura id proficiſci
neceſſarium eſt. Et ꝗuis multorum inſania deorum orbem penę labefecerit
terrarum, in hoc tamen nexu, in hac conſecutione, minime fallebatur igna
ra illa mortalitas a probatioribus inſtructa philoſophis, ut ſi dii eſſent re
bus humanis proſpicerent atq; conſulerent. Neq;.n. lumen naturæ, tenebris
male religionis obductum et extinctum ex integro fuerat. hinc illud thale* Thales.
*tis qui (ut eſt apud Ciceronem) ſapientiſſimus in ſeptem fuit exiſtimare ho
mines oportere omnia deorum eſſe plena. indeq; caſtitatem et religionem*
Lex gentium. *elici. Hinc illa antiquarum gentium lex. Ad diuos adeunto, caſte pieta
tem adhibento, et quæ ſequuntur, ut non ſolum philoſophi homines ſed etiā
uulgus ignarum et eſſe deos duceret et eorum prouidentiam admitteret.
In quibus uero id ipſum lumen ſeruata naturæ lege ſplenduit illuſtrius, il
lis etiam ipſis clarius multo prouidentia perſpecta eſt, et eorum multis di
uine ſimul reuelationes innotuere. Hinc primis illis hominibus, hinc Abra* Abramus.
mo, filiis, nepotibus, poſtea Moſi, Dauidi, Cæteriſq; hebrei populi precellenti Moſes.
bus uiris atq; ꝓphetis, lucidiſſime patuit dei unius ad res etiam minutas Dauid.
Auth. Libri de rerū prænotiōe *prouidentia, ut in libris quos de rerum prænotione conſcripſimus aperte
probauimus per ſacrarum teſtimonia litterarum. Quarum ueſtigiis gentes
ipſe ꝗꝗ non exacte, non adamuſſim inſiſtentes, prouideri tamen rebus hu
manis et conſuli decreuerunt, et diuino iudicio ꝓbis præmia, improbis poe
nas non hac in uita modo, ſed in futura etiam prædicarunt, Sub nube ta
men ut dicitur. non uti noſtri qui eiſdem litteris freti, Mirum ſatisfecerunt,
indeclaranda prouidētia, inter quos Io. Chryſoſtomus, dum monachū ſtar* Io. Chryſoſto
girium conſolaretur, dimiſſa prius hac ipſa, in qua nunc uerſamur redar mus.
*guēdi ueritatis inimicos cura, inqua etiam ſubeūda plus dicit eſſe negotii.
neq;.n. tunc fidei hoſtibus uel reſiſtebat ipſe, uel canebat bellicū, ſed fidelis
monachi langores, et ſacrarum litterarum oleo, et eloquentiæ Malagmate
curabat. Sed ut reuertamur ad propoſitum non ignota fuit gētibus dei er
ga homines cura, non penæ, nō præmia. Sic apud triſmegiſtum illum ægyp* Triſmegiſtus.
*tium et dei procuratio et euenturæ uitæ uel penæ, uel præmia, declarātur.
Sic apud Orpheum deorum hymnos et preces et ſupplicationes legimus.* Orpheus.
*Qui ex ægypto preter procuratiōis diuinæ ſententiam, unius quoq; dei ret
tulit cultum Moſayce legis beneficio, ut noſter Iuſtinus philoſophus et mar* Iuſtinus mar
tyr comprobauit. Sic et diuerſatus in ægypto Homerus aquo omnis nō poe tyr.
tarum modo, ſed ſcriptorum omnifariam græcorum et latinorum magna Homerus
*turba defluxit, omnibus in rebus etiam minimis prouidentiam accerſit, et
de eo quem ſupremum deorum appellauit Ioue ſæpenumero locutus ait*

εὐρύοπα ζεὺς quaſi latiſſimos haberet oculos rebus omnibus ꝓſpecturus.
Ideoq; præter alia multa,hac etiam de cauſa decantatæ ꝓuidentiæ(ut exiſti
Magnus Baſilius. mo) magnus Baſilius nõ improbauit ſententiam eius qui aſſeruerat totam
eius poeſim laudem eſſe uirtutis. Et Iuſtinianus princeps in ipſo ueſtibulo
Iuſtinianus. colligendarum ꝓmulgandarũq; legum omnis uirtutis parentem homerũ ap
Plutarchus. pellauit.Vt Ethnicorum teſtimonia taceam et maxime Plutarchi inter alia
plurima in Homeri laudem affirmantis,eum introduxiſſe deos cum homini
bus cõuerſantes,nõ ſolum oblectandi animi,aut admirationis gratia,ſed ut
ſtatueret ꝓuidentiã/oſtenderetq;(ut ait ipſe)ὅτι κήδονται καὶ οὐκ ἀμελοῦσι
τῶν ἀνθρώπων οἱ θεοί.i.quoniam curant,et homines non negligunt dei. Et
in eodẽ quoq; de uita Homeri libro cenſuit eorum,quæ de ꝓuidentia dei diſ
ſeruerunt philoſophi dediſſe illis Homerum τῶν πάντων τὰς ἀφορμάς .i.
Euripides. omnium occaſiones.Euripidem taceo qui in epiſtola ad ſophoclem q; tẽpeſta
te non periiſſet in ꝓuidentiam rettulit dei ſcribẽs οὐκ ἄλλο τι ἔγωγε ἢ θεῶν
Sophocles. πρόνοιαν γενέσθαι πείθομαι præteteo ipſum Sophoclem , Menandrum,
Menander Diphilum,et Epicharmũ(eorum.n.in noſtro in hymnum quem Chriſto ceci Auth.Hymni et
Diphilus nimus interpretamento meminimus) qui multa de ꝓuidentia diſſeruere. ecrũ cõmẽtaria
Epicharmus. At qui omnes pene poetæ græcorum antiqui,et Elyſios campos, et fortuna
tas beatorum inſulas,nec non tartarum et phlegethõta,et ut ſemel dicatur
proborum præmia,et improborum poenas pariter decãtarunt,quos poſtea
Vergilius. latini poetæ ſunt imitati.Et eo uſq; proceſſit Vergilius ut alienis etiam me/
ritis ad Elyſios campos ꝑueniri poſſe uoluerit Canens,quiq; ſui memores
Auguſtinus. alios fecere merẽdo.Quod carmẽ in penultimo libro de ciuitate dei citat Aug.
et inter alia ſcribit,Mirari ſoleo apud Vergilium iſtam domini repiri ſen/
tentiã ubi ait,facite uobis amicos de mãmona iniquitatis/ut et ipſi recipiãt
uos in æterna tabernacula.Sed.n.de ipſo quoq; iudicio dei cum alii græco/
Phocylides. rũ authores,tum maxime Phocylides cecinit ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς σὲ θεὸς
μετέπειτα δικάσει.ſi tu male iudicaueris te deus poſtea iudicabit. Medici
Hippocrates. næ quoq; præclariſſimus author Hippocrates ꝓuidentiã agnouiſſe aduſq;
magnam ſupſtitionem uidetur,Adeo ut non ſolum deorum ſacramento di/
ſcipulos adſtrinxerit,uerum et pluribus quoq; gentiũ diis ſacra decreuerit,
paruiſſimis occaſionibus excitatus,cum maxime in libro de ſomniis ob eas
imagines quæ ſibi ꝑ quietem morbos indicare uidebantur, ſupplicatiões ua
rias inſtituerit.Neq; uero ſolum quæ lethalia eſſent, quæ ſalubria docuit in
ſomnia,neq; ſolum curationes morbis, quos indicarent hæ ipſæ imagines ꝑ
ſomnũ uiſæ,uti medicus adhibuit,Sed ſuperiores quoq; ſcrutatus eſt cauſas
et ſuperiores quoq; mentes placãdas putauit, quarum uel ira uel amore et
oriri morbos et pelli poſſe exiſtimauit. quæ omnia ꝑtinent ad ꝓuidentiam Philoſophos gẽ
in cõmuni, quod eius quam recte nitideq; noſtra docet religio tam ipſe quam alii tiũ plenam ꝓo
Pythagoras. gentium philoſophi plenam noticiam non habuerunt,et uti pythagoram ta uidẽtiæ noticiã
Plato. ceam et reliquos,ſiue ex ionico ſiue ex italico genere philoſophos,et qui ma non habuiſſe,
xime rerum naturam et res ſupercoeleſtes carmine ſunt complexi Orphei
et Heſiodi exẽplo,Certe Plato ꝓphetarum oraculis edoctus(quod non mo
do noſtri oſtenderunt, Sed ipſi gentium philoſophi et rhetor Philoſtratus
affirmauit) ꝓuidentiã aſſeruit,et ex ægypto attulit in græciam.quapropter
in Phedone,in Timæo,in libris de re publica,et ubiq; fere ſuarum lucubra
tionum ꝓuidentiam dei celebrat, et inferorum poenas ſcoeleſtis hominibus

præparatas inculcat. Sic et ꝓbatiores eius philoſophi aſſeclæ factitarunt,
inter quos Plotinus,qui ad uſq; arborum folia prouidentiam extendit,et in Plotinus
ter alia ſcriptum reliquit, ex una mente et uerbo quod ab illa eſt,totū hoc
uniuerſum cōſtitutum eſſe atq; diſpoſitum.ita ille ἐξ ἑνὸς νοῦ καὶ τοῦ ἀπ᾽ αὐτοῦ
λόγου ἀνέσχε τὸ πᾶν καὶ διέστη.et in initio primi libri de prouidentia di
xerat τῷ αὐτομάτῳ καὶ τύχῃ διδόναι τοῦ τε παντὸς τὴν αἰτίαν καὶ ξύστα
σιν,καὶ ἄλογον καὶ ἄνδρος οὔτε νοῦν οὔτε αἴσθησιν,κεκτημένου.i.caſui et for
tunæ huius uniuerſi cauſam conſiſtentiāq; tribuere,et irrationale eſt,et ui/
ri neq; mentem neq; ſenſum poſſidentis,clariſſime et mundi creationem et
prouidentiam aſſeruerans.Hanc qui neſcirent ne dum negarent eos prōp/
tum habere negotium ad iniuſticiam cenſuit Atticus Platonicus ἐντιμότατον Atticus Plato
χρῆμα πρὸς ἀδικίαν ἡ τῆς προνοίας ἀπόγνωσις, Sic et ſtoici ꝓnoeā.i. nicus.
prouidentiam idētidem aduocarunt,ut epicureis hāc ob rem quæ illis uide Stoici.
licet nauſeam excitauerat dictū ſit,eam eſſe anum fatidicam ſtoicorum,quos Epicurei.
compimus decreuiſſe de ꝓuidentia deorum demōſtrationes haberi. Taceo
Mahometenſes Auicēnā et Algazelē,q magna ex parte in dogmata Pla/ Auicēna.
tonis inclinauerūt,et de deo et eius ꝓuidentia pleraq; litteris cōmēdarūt. Algazeles.
Præterea Gymnoſophiſtas æthiopū,gallorū Dryidas,indorū Brachmanes Gymnoſophi/
quibus apprime ſuperiorum mentium ꝓuidētia celebrabatur,qđ Iulius Cæ ſtæ.
ſar,Philoſtratus,alii,chartis retulere.Mitto Romanos,Athenienſes,gētēſq; Dryidæ.
alias,quæ omnibus in rebus aut inchoandis,aut agendis,aut perficiendis et Brachmanes.
ſciſitabantur oracula,et iis quos putabant deos ſacrificabāt utpote,aquibus Iul. Cæſar.
bona hominibus et mala ꝓuenire autumauerint,Horum.n.ſententias/ratio Philoſtratus.
nes/acta/referre hoc loco nō eſt conſilium,tum ꝙ minus fidei facerent phi/
loſophaſtris,qui non ſolum diuina conſulta,ſed nec Platonis placita,nec ſtoi
corum decreta,nec hiſtorias etiam humanioreſq; litteras ꝑdidicere, tum ꝙ
inter diſputādum fortaſſe irrepēt alibi quoq; relata,tum ꝙ eos Ariſtoteleis
quæ propria ipſi et domeſtica putant/ꝑon exoticis et extrariis confutare ad
præſens ꝓpoſuimus.Sed non abſurde tamen iſthec tam cōmunia tam cele/
bria,tam decantata,ꝓpoſito certamini præpoſuimus,quoniam ipſi Ariſtote Ariſtoteles.
li placuit de moribus diſſerenti,ea prorſus nō eſſe iudicanda falſa,quæ om
nium ore uulgarentur,quāto minus quæ ab iis proderentur quos inclytæ ſa
pientiæ publica fama cōmendaret.Adde ꝙ Ariſtoteles ipſe cum primo ethi
corum libro ad Nicomachum filium ꝓbauiſſet eorum deffinitionem,qui cen
ſuerant bonum id eſſe quod appeterent omnia,in decimo eiuſdem operis li/
bro ſcripſit eos qui eam negarent deffinitionem nihil dicere,nec aliam red
didit cauſam,niſi quod ipſi ſibi aduerſabātur,qui affirmauerat id quod om
nibus uidebatur.Itaq; eadem ratione dici poſſet,eos nihil dicere,qui proui/
Paucifſimos imperitæ impiæq; multitudinis duces negaſſe prouidentiam. dentiam negant,quā omnes aſſeruerunt,præter quattuor aut quinq; ad sū/
mum,impiæ eiuſdē ꝙ impitæ multitudinis duces nullius (ut alias diximus)
niſi in malum nominis,qui pleraq; temere ſparſerunt, multa delire, omnia
certe oſcitantes allucinati,quos etiam ſecunda pars operis multitudine ratio
num ꝓſtratos oſtendet.Erubeſcant igitur affirmare ſe ꝑipateticos,qui princi
pis ꝑipateticorum præceptum demoliuntur,id ꝓterue negātes quod omnes
fatētur,et maxime illi quos et Ariſtoteles ipſe ueneratus eſt,et is quē reliqt
ſucceſſorē,theophraſtum dico,qui omnia ꝓuidentiæ accepta retuliſſe uidetur Theophraſtus
in metaphyſicis θεία τῶν πάντων ἀρχή,δι᾽ ἧς ἅπαντα καὶ ἔστι καὶ διαμένει.

ideſt diuinum.n. omnium principium per quod omnia et ſunt et ꝑmanent idem ipſe de diis libros tres,deq; illorū laudibus unum,et alia quæ ad eorū prouidentiam ꝑtinet ꝓſcripſit, Sed et Hāmonius de philoſophiæ definitionibus in cōmentariis in Porphyrium diſſerens,cū unam inter alias attuliſſet ex qua dei imitatio homini poſſibilis eliceretur,duplicem deo maxime tribuit poteſtatem,cognitricem uidelicet qua ſcit omnia, et ꝓuidentem ꝑ quam omni prouidetur mundo et ut ille græce dicit τοῦ κόσμου ὅλου προνοεῖται et eā quoq; interpretatus Ariſtotelis ſententiam,habitum in priuationē deſinere, nō tamen contra fieri poſſe ut priuatio ꝓcumbat in habitum adiecit uerum id qdē haberi ſi de naturæ uiribus fiat ſermo nō dei,cuius poteſtate cæci uiſum queunt obtinere uti latius explicaui ſecundo libro de logica inſtitutione.idē ipſe librum Ariſtotelis de interpretatione declaraturus optat ſibi diuinitus ꝓuideri uti lucem expoſitionis poſſit afferre,et Procli præceptoris referre placita,quod ſi conſequi daretur πολλὴν inquit ἂν τῷ λογίῳ θεῷ χάριν ὁμολογήσαιμεν. Simplicius quoq; ut opis pceſſu liquebit Ariſtotelē exiſtimauit deo tribuiſſe cultū,et orbis gubernationem tradidiſſe.in hoc.n. Ariſto.ipſe ueteres eſt ſecutus,quos tam et ſi in aliis plurimū reprehenderit ea tamen fuit modeſtia,ut preclare ſibi euenire putarit ,cum quæ ſibi uidebātur,ipſis etiam ueteribus uiſa fuiſſe animaduerteret. Idq; in omnibus fere paſſim apparet cum Homeri,Heſiodi,Epimenidis,Heracliti,Platonis, Anacharſidis, Aliorum uel poetarum uel philoſophorum ſententias,ſed et fœminæ Sapphus reſponſum,ducit in medium loco teſtimonii, aptius tamē in ethicorum ad Nicomachum libro ultimo,cum lætatur ſapientum opiniones ꝓpriis ipſius ſententiis conſentire. Sed.n.clariſſime in primo ſeptem librorum ad Eudemum, et modeſtiam prætendit et quos ipſi refellere propoſuimus tacita quadam ſententia condemnat,librorū inq̄ ad Eudemum quos cum alii tum Simplicius in numerum lucubrationum moralium refert ibi enim cum dixiſſet omnes quicq̄ de fœlicitate diſſeruiſſent,eam uel in philoſophica,uel in ciuili,uel in uoluptuoſa uita poſuiſſe,indagaturusq; rei ueritatem,et quo facturus eſſet modo fidē iis quæ decreturus erat diſquirens, cenſuit ſecum bene actum futurum, ſi omnes homines confiteri uiderentur, quæ dicenda erāt.et paulo poſt cauſam ꝓpoſiti reddēs,quoniam inquit unus quiſq; proprium quiddam habet ad ueritatem. ꝙ ne me iſthec fingere forſan quiſpiam græcarum expers litterarum ſuſpicetur,quoniam opus illud ad hunc diem latinæ uulgo nō legitur,et hoc ipſum et pene omnia, quæ de Ariſtotele ducemus in mediū toto libri decurſu teſtimonia, græce ea ſubiiciemus,nullo interprete,nullo enarratore uſi. ut liberum unicuiq; ſit ab Ariſtotelicis uerbis ſenſa deſūmere,ut traſlationis uel uarietate,uel uitio aliud pro alio nō pcipiatur.pari pacto et Auerroys uerba ſtructurasq; etiam barbaras ſi quando erit opus referemus, receptisq; apud Neotericos uocabulis interdum utemur,ne ſe philoſophaſtri defraudatos expoſtulent,neue idētidem iactitent,nos aliena placita noſtris inuoluiſſe uerbis,et eorum ſenſum obduxiſſe ueluti parietes operiri ſolent/aut picturatis tectoriis aut ope albario. Itaq; quod attinet ad rem de qua nūc agimus Ariſtoteles his uerbis utitur κράτιστον μὲν τὸ πάντας ἀνθρώπους φαίνεσθαι συνομολογοῦντας τοῖς ῥηθησομένοις, et poſt paululum ſubiecit ἔχει γὰρ ἕκαστος οἰκεῖόν τι πρὸς ἀλήθειαν.quare qui prouidentiam dei negant,quam omnes et maxime qui

Hāmonius.

Authο. Lib. de logica iſtitutiōe

Simplicius.

Qui mos ab authore ſeruādus ſteſtimōiis Ari. et Auerrois ꝓducendis.

littreris incubuerunt,quiq; in eis audiuerunt optime,teſtati ſunt eſſe,nõ modo illis ipſis ueritatis aſſertoribus contradicunt, ſed quod ſe peripateticos eſſe uerbis affirmant diſſentiuntur dogmate,qđ non ſolum ꝓbatis peripateticis,ſed ipſi Ariſtoteli principi peripateticorum aduerſatur.Quem de prouidentia dei non ad noſtræ quidem religionis ,ſed ad gentium lineam plurima litterarum monumentis commendaſſe , eius quæcumq; habemus uolumina recenſentes oſtendemus . rem paucis creditam ſed omnibus opere

Quid in hoc libro noui maxime cõſpicietur.

perlecto ꝓſpectam futuram.In quo et illud pleriſq; non paradoxum ſed falſum exiſtimatum,Auerroem multa ad aſſerendam prouidentiam ſcripſiſſe, et cõmune fiet,et pro compto ueroq; recipietur. atq; hoc in opere cum alia multa tum hæc maxime noua et in noſtræ chriſtianæ religionis laudem ſpectabuntur,ꝙ qui patroni putabantur impietatis,ſi non pietatis patroni iurati ue teſtes,at ſaltem ſtare aduerſus impios (tanta eſt uis ueri) depræhẽdentur,et edicto cauere, ne qui ſe tamq̃ hoſtes prouidentiæ ſequebantur, aut Lyceũ amplius intrẽt,aut ꝑipatetica nomenclatura digni cenſeantur.

¶ Ab Ariſtotele cum de moribus philoſophatur, et ab Auerroe Ariſtotelis interprete prouidentiam ſtatui. Cap. ii.

TAq; ſi noſſe uoluerimus quid Ariſtoteles ipſe peripateticorum princeps de prouidẽtia dei omnibus in libris ſcripſerit,inueniemus ab eo illam,non quidem ſacrarum more litterarum ſincere atq; perfecte,utpote qui fidei lumine caruerit,ſed uti ſolebãt gentes,inter quas natus et ad uſq; uitæ finẽ obuerſatus, adeo comprobatam, ut qui eam ipſo freti authore negant et irrident,non poſſint non erubeſcere. Ac primum quidem ſi de foelicitate interrogetur reſpõdebit conſonum eſſe diuinitus eam dari.Deoq; curæ homines eſſe et precipue ſapiẽtes,ipſiq; omnia et preſentia et futura nota eſſe.Is igitur ad Nicomachum filium in primo eius operis libro quod ethica græci dicunt,cum de foelicitate diſſereret

Locus primi Ethicorũ libri.

quam alii cum uirtute,Alii cum bona fortuna,eandem eſſe uellent,dubitariq; diceret diſciplina ne an conſuetudine an exercitatio an diuina quadam ſorte fortuna ue hominibus adueniret.Adiecit uideri ſibi eãdem foelicitatẽ deorum muneri acceptam referri debere.Si hominibus inquit quicq̃ doni cõfertur a diis,rationi conſonum eſt,foelicitatem illis diuinitus conferri eoque maxime quo humanorum bonorum eſt optimum.Sed hoc aliæ fortaſſe conſiderationi magis eſſet peculiare. quæ ita græce iacent εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τί ἐστι θεῶν δώρημα ἀνθρώποις εὔλογον, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶναι καὶ μάλιστα τῶν ἀνθρωπίνων ὅσῳ βέλτιστον, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον. *Nec quẽq̃ moueat,ex ſuppoſitiõe id ipſum Ariſt. ꝓnunciaſſe,hoc eſt ſi qđ muneris dabatur hominibus,diuinitus foelicitatem quoq; dari,quæ maximũ eſſet inter humana.Perinde.n.accipi poteſt,ac ſi dixiſſet,ſi earũ quæ allatæ ſunt ſententiarum ulla unq̃ recipiẽda eſt,hãc maxime recipiẽdã cẽſeo,et cur id cẽſeret cauſam ſubnexuit. q̃q̃ reiecit diſcuſſionẽ queſtionis, utpote quã ꝑtinere ad aliam contemplationẽ opinaretur,hoc eſt*

Opinio Thomæ

Opinio autho.

metaphyſicã quod putauit diuus Aquinas.fortaſſe ut arbitror ad libros de natura deorũ ſpectare intellexit,aut ad decem poſtrema primæ philoſophiæ uolumina,quæ q̃q̃ illum ſcripſiſſe conſtat temporum tamẽ iniuria perierũt. Nam in eis de effectibus dei iure tractaturus erat,quem induodecimo eius operis unum et principem omnium aſſeruerat Homerici uerſus teſtimonio

illius οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. Illud autem ſciendum ſæpenumero Ariſtotelem tali modo argumentationis uti conſueſſe, ut parti cula illa, ſi, affirmet quod quæritur, nõ autem indubium reuocet. uno hoc ex emplo contentus ero, ſcribit ipſe in ſeptimo politicorum libro hæc uerba, qua re ſi eſt anima et poſseſsione et corpore honoratior, et ſimpliciter et quo ad nos, neceſse eſt optumam utriuſq; diſpoſitionem illis proportione reſpõdere ὥστ' εἴπερ ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ τῆς κτήσεως καὶ τοῦ σώματος τιμιώτερον, καὶ ἁπλῶς καὶ ἡμῖν, ἀνάγκη καὶ τὴν διάθεσιν τὴν ἀρίστην ἑκάστου ἀνάλογον τούτων ἔχειν. Quod autem hoc loco ex conditione ſumpſit, i. ſi anima et corpore et bo nis externis eſt dignior, manifeſtiſsimum et procul omni dubio uerum eſſe pronunciauit alias Ariſt. cum in libris Ethicorum, tum in eodem ipſo libro decernens ꝓbansq;, animi gratia, illa ipſa homines quærere, non autem ani mum illarũ gratia cupere. Quare quod hoc etiam loco ex condictione ſcrip ſit, alibi cum manifeſte ꝓtulerit, nulla condictiõe dictum accipi facile poteſt. Adderem ſi particulam apud latinos authores quandoq; uim affirmãdi poſ ſidere citarẽq; Vergilium et grãmaticorum turbã ni putarem uerba pro/ digere. ſat ſit ipſomet Ariſt. quo modo poſsit Ari. intelligi ſubindicaſſe. Qui bus uero hic nõ placuerit locus, utpote obſcurior, q̃ ut illuſtrandis eorũ mẽ tibus ſit ſatis, alios inſpiciãt adhibita lucerna, et ante omnia cum preces ſun dendas et ſacra facienda ſubĩnuit, Ac poſtea apte de iis quæ ad ꝓuidentiã ꝑtinent multifariam decernit. et ſane dum in quinto eius opis de iuſticia diſ ſereret, precibus poſtulãdũ cenſuit ut quæ ſimpliciter bona ſunt, iis ipſis etiã qui ea optabant eſsent bona. et multo interiecto ſpatio ſacrificiorum memi/ nit, quæ opa eſſe uoluit iuſticiæ legitimæ, iuſtũ quippe aliud a natura, aliud a lege putauit manare, et huius partem ſacrificia dixit eſſe ut αἶγα θύειν, hoc eſt immolare Capram. et alia huiuſmodi quæ iuberet lex gentium. cui conſenſit Auerroys interpres, orationes etiam ſacrificiis adnectens, et poſt paululum cum de legibus loqueretur quæ quodammodo uiderentur mutari ſubiecit at qui apud deos fortaſſe res nõ adhunc modum ſe ſe habet καὶ τοῖς παρὰ τοῖς θεοῖς ἴσως ἁπλῶς ἔχον quibus uerbis et deos ſtatuiſſe, et eorum decreta humanis præſtantiora ſanxiſſe uidetur. quæ omnia diuinæ aſſerendæ ꝓuidentiæ ſubſeruiunt. Sed omnem tollit dubitationem, cum in ultimo eius operis libro ad Nicomachum filium foelicitatem definiturus de uoluptate uerba facit, quæ ſummum bonum eſſe, uiſa fuerat eudoxo, quẽ ubi longo progreſsu Platonis etiam nixus rationi poſt habuit, duplicis foelicita tis mentionem faciens deorum quoq; foelicitatis meminit, utpote quæ incom templatione conſiſteret, et ipſius quoq; dei opationem beatitudine præcellen tem contemplatione concluſit, Hominẽ quoq; foelicem iudicauit ea opatione qua illi maxime iũctus ſimiliſq; euaderet. Nec multo poſt aſſeruit eum qui excoleret mentem quiq; ea oparetur deo eſſe amiciſsimũ, nam ſi qua inquit diis, rerum humanarum cura eſt quẽadmodum uidetur, et conſonũ utiq; eſt gaudere illos optimo, ſibique maxime cognato. quæ ſic ille græce. εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ ſubditq; id eſſe mentẽ τοῦτο δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς. q; ne quis ſuſpicaretur dubitabundũ hac de re fuiſſe Ariſt. cõnexũ eſt illud ὥσπερ δοκεῖ. i. quẽadmodũ uidetur, quãadmodũ ap paret. quẽ locũ ꝑtractãs Auer. ſcribit hæc uerba. et ſi qdẽ ſit cura deo de ho

Particulam, ſi, apud Ariſt. quã doq; uim affir/ mãdi poſsidere.

Locus quinti ethicorum.

Expoſitio Aue.

Locus decimi ethicorum.

Expoſitio Aue.

minibus ut creditur,et ut debitũ eſt,gaudet de eo q̃ ẽ melior et q̃ ei nititur
aſsimilari,et paucis iterpoſitis intulit.ẽ ergo ut benefaciat eis q̃ amãt ipſum
plus,et ut bonorificet eos,et uiſitet ipſos,ſicut eſt diſpoſitio amici cum amico
ſuo,hæc ſunt uerba eadem ipſius Auerroys,qui dicitur abnegaſse ꝓuidẽtiã,
quam cum alibi multifariam,tum in libro de ſomno præcipue confirmauit,

Locus Auerroys i epiſtola de continuatione intellectus.

ut ſuo loco dicetur.quod uero attinet ad mores,ipſe idem author.in epiſtola
de continuatione intelletus, ter a deo optauit ut ea de quibus acturus erat
plene perciperet,et circa operis finem tradidit eos ad foelicitatem conſequẽ
dam paratiores eſse,qui dei ſunt memores et uacant orationi.de qua bis ip
ſis uerbis ſubicit.et quia oratio uere fuit ꝓpoſita et ordinata, ut nos reme/
moremur de deo,et poenitentiam agamus de peccatis,eſt oratio eius in hoc

Locus eiuſdẽ in libro aduerſus Algazelem.

ꝑfectior omnibus orationibus.In libro uero deſtructionum aduerſus Alga/
zelem inter alia complura,Beatum appellat eum cui deus ueritatis dilectio
nem præuiderit.Sed reuertamur ad Ariſt. qui ne ullus ſcrupulus ĩ animis
legentium poenitus reſideret ſubiunxit poſt paululum.ꝙ autem hæc omnia
ſapienti potiſsimum inſint non manifeſtum non eſt.Amiciſsimus igitur deo,
quem et conuenit eſse foeliciſsimum, quare hoc pacto ſapiens erit maxime
foelix ὅτι ϧ ταῦτα πάντα τῷ σοφῷ μάλιστα ὑπάρχει, οὐκ ἄδηλον, θεοφι
λέστατος ἄρα τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς καὶ εὐδαιμονέστατον. ὥστε καὶ οὕτως εἴη ὁ σο/
φὸς μάλιστα εὐδαίμων.Liquet igitur Ariſto.authoritate ab ipſo ẽt Auer.
declarata,deo ſapiẽtes eẽ curæ,et ꝓpterea foelices euadere. Nec multo poſt
homines nõ natura bonos fieri, Sed diuina quadã cauſa ſcriptum reliquit,

Locus primi libri magnorum moralium.

eosq; uere fortunatos eſse.Cæterũ in primo magnorũ moraliũ libro ſcribit
eum qui ita impauidus eſt,ut deos non timeat minime fortem ſed inſanum
eſse,timere autem quẽq̃ quomodo quiſpiã poteſt,ni ab eo aut infligi damna,

Locus ſecundi libri .M.moraliũ et ſeptimi ad Eudemum.

aut non præſtari poſse cõmoda putet.In ſecũdo uero q̃ et ultimus eius ope
ris ꝑticula ea,qua de bona diſputauit fortuna,dei ꝓuidentiam aſseruit,idq;
maxime fecit in ſeptimo, q̃ et ultimus eſt de moribus ad Eudemum,quæ res
tam apta tam digna Ariſt.ingenio poſteris uiſa eſt,ut excerpta olim ex li/
bris eis fuerit et pro integro uolumine diuulgata cui titulum de bona for/
tuna fecere,ſeorſumq; iuſtis cõmentariis declarata. utrobiq;.n.de ea copioſe

Vnde ſit cõpactus Liber de bona fortuna.

diſputauit Ariſt.et ambe utriuſq; opis hac ipſa de re in unũ coeuntes parti
culæ, librum illum q̃ de bona fortuna inſcribitur pepere.Ita primus ꝙ ſciã
ipſe comprehendi,lectis græce utriſq; uoluminibus et ad alterutrum colla/
tis.Itaq; Ariſt. in magnis moralibus de bona diſputans fortuna foelicitatis
de qua iam antea diſseruerat gratia,percunctatur nũquid ꝓſpera fortuna in
deos referri debeat ↄ ſtatimq; opponit,et id ipſum non uideri affirmat, quo/
niam talium rerum deus exiſtimandus eſset dominus, qui et bona et mala
meritis diſtribueret,fortunam uero,et quæ a fortuna ꝓficiſcerentur,tam rec
te q̃ utcũq; ſe fors obtuliſset fieri, quod ſi deo inquit tribueremus prauum
eum uel non iuſtum,conſtitueremus iudicem,quod a deo longe alienum eſt.
ἀλλ' ἄρα γε ἡ εὐτυχία ἐστὶν ὡς ἐπιμέλειά τις θεῶν, ἢ τοῦτ' οὐκ ἂν δόξειεν
τὸν γὰρ θεὸν ἀξιοῦμεν κύριον ὄντα τῶν τοιούτων τοῖς ἀξίοις ἀπονέμειν καὶ τἀ
γαθὰ καὶ τὰ κακά. ἡ δὲ τύχη καὶ τὰ ἀπὸ τύχης ἀληθῶς ἂν τύχῃ γίνεται,
εἰ δὲ τῷ θεῷ τοιοῦτον ἀπονέμομεν φαῦλον, αὐτὸν κριτὴν ποιήσομεν ἢ οὐ δί
καιον, καὶ τοῦτ' οὐ προσῆκόν ἐστι τῷ θεῷ Cæterum eodem tractatu cum
affirmaſset bene fortunatum hominem pati quẽdam impetum,et duci a quo

ipſemet neſciat, Adiecit pati eos quiddam ſimile iis qui deo ducuntur, quos habere uoluit quendam sine ratione impetum ad quidpiam agēdum. ὅμοιον πάσχειν τοῖς ἐνθουσιάζουσι καὶ τοῖς ἐνθουσιάζοντες ἀνάλογον ὁρμὴν ἔχουσι πρὸς τὸ πράττειν. In ſeptimo uero libro moralium ad Eudemū de eadem bona fortuna multa disceptans, dininum id quod eſt in nobis omnia quodammodo inquit mouere, quēadmodū in uniuerso deus, et in illo uniuerſum. ut iis ipſis uerbis appareat, uoluisse Ariſt. ita se deum habere ad orbem uniuersum diſponendū regendūq;, uti mēs ad corpus quod attinet ad gubernationē se habet. quæ qdē uerba habētur in libro de bona fortuna, sed nō omnino sincere, ita. n. in græco illo exemplari septimi ad Eudemum libri posita sunt ὥσπερ ἐν τῷ ὅλῳ θεός, καὶ πᾶν ἐν ἐκείνῳ κινεῖ τὸ πῶς πάντα τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον. ſubdit poſtea rationis autem principium non ratio sed quid melius, quid igitur quispiam melius ſcientia diceret præter deum? λόγου δ' ἀρχὴ οὐ λόγος, ἀλλά τι κρεῖττον· τί οὖν ἂν κρεῖττον καὶ ἐπιστήμης εἴποι πλὴν θεός. et paucis interiectis affirmat deum et quod futurum eſt et quod præſens cognoſcere. τῷ θεῷ δ' αὕται τοῦτο καὶ ἃ ὁρᾷ καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ ὂν quæ neſcio an diſtorquere poterint philoſophaſtri? ſicuti nec illud in eodē opere ſcriptum, et in libro de bona fortuna relatum eſse duas ſpeties bonæ fortunæ, quarū altera diuina ob idq; uideri q̄ bene fortunatus a deo dirigatur φανερὸν δ' ὅτι δύο εἴδη εὐτυχίας ἡ μὲν θεία διὸ καὶ δοκεῖ ὁ εὐτυχὴς διὰ θεὸν κατορθοῦν. Qđ ſi in magnis moralibus non ita exacte de ꝓuidentia uidetur locutus Ariſtoteles, ut ex ea poſsimus erudiri, ſatis uideri debet philoſophaſtris ſi quod negant ipſi, bonorum hominum deo curam tribuerit gentium philoſophus, qui et alibi omnium quoq; procurationem deo non abnuit. Certe hoc ipſi nō contendimus ut Ariſtotelē noſtris componamus theologis, ſed aſserimus illum memoriæ ꝓdidiſse deum inferiori mundo et hominibus præcipue ꝓſpicere atq; conſulere. idq; etiam ex decurſu ſeptem librorum quos ad Eudemū ſcripſit aperte liquet. primo enim totius opis de foelicitate uerba faciens inter alia meminit eorum qui dei amore capiuntur et eorum quoq; qui diuino ſpiritu aguntur nam θεόληπτοι hoc eſt deo capti citantur et ἐνθουσιάζοντες hoc eſt diuino ſpiritu agitati, et in ſecundo eius opis libro oſtenſurus notiones quaſdam et affectiones in nobis non eſse de iis ipsis qui diuino aguntur ſpiritu et qui prædicunt uerba fecit, cenſuitq; eos id ipſum a ſe ipſis non facere διὸ καὶ τοὺς ἐνθουσιῶντας καὶ προλέγοντας καὶ περὶ διανοίας ἔργον ποιοῦντας, ὅμως οὔ φαμεν ἐφ' αὐτοῖς εἶναι οὔτε εἰπεῖν ἃ εἶπον οὔτε πρᾶξαι ἃ ἔπραξαν. quo pacto autem agi a deo poſsunt homines, ſi deus humana contemnit? et quinto quoq; eiuſdem operis libro (quod et fecit in ethicis ad Nicomachum) recte dixiſse agathonem probauit, hoc ſolo priuari deum ne quæ facta erāt eſse poſsent infecta. quare omnipotentiæ illius omnia ſubieciſse uidetur ſola ipſius approbatione ſententiæ. et cum in ſexto deinceps dixiſset, deum quoniam ſimplicis eſset naturæ ſuauiſsimam agere uitam et ſempiternam, eundem poſtea in ſeptimo conſenſit ſimile ſimili ſemper copulare ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ἐς τὸν ὅμοιον. Mox cum de amicitia diſsereret, eiusq; amicitiæ quæ eſt hominis ad deum mentionem faceret, additis plerisq; trifariam diuiſit amicitiam in naturalem, amatoriam, et ciuilem. et poſtea cum de uiri et uxoris, filii et patris, amicitia disputaret, eas utilitate concluſit, talemque eſse cenſuit, dei ad hominem et benefici ad eum qui beneficium ſuſcipit, et in

Locus mora. ad Eudemum.

Due ſpeties bonæ fortunæ.

Remotio obiectionis.

Loci librorū moralium ad Eudemum.

Primi.

Secundi.

Quinti.

Agathōis ſententia.

Septimi.

Sexti.

uniuerſum eius qui natura principatur ad eũ qui illi natura ſubicitur ideſt θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον καὶ τοῦ εὖ ποιήσαντος πρὸς τὸν παθόντα καὶ ὅλως τοῦ φύσει ἄρχοντος πρὸς τὸν φύσει ἀρχόμενον quibus clare monſtratur prouidẽtia et beneficii et amicitiæ ratione. poſtea in eiusdem libri ſeptimi decurſu diſerens de eis qui cum magna beneficia ſuſcipiunt, referre tamen paria nequeunt, et recte ſe ſe rem habere inſinuas, ſi uirium ſuarum proportione ret tulerint, ſubiecit deum tolerare ſuſcipiendo quæ ſecundũ uires fiunt ſacrificia καὶ ὁ θεὸς ἀνέχεται κατὰ δύναμιν λαμβάνων τὰς θυσίας. Deinde uero cum tanto minus egere quẽq; amicis decreuit, quanto magis ſibi ipſe ſufficeret, exemplo uſus eſt dei. maxime inquit hoc perſpicuum in deo, manifeſtũ enim ꝙ nullo indigus, etiã nõ egebit amico. μάλιστα δὲ τοῦτο φανερὸν ἐπὶ θεοῦ δῆλον δὲ ὡς οὐδενὸς προσδεόμενον οὐδὲ φίλου δεήσεται, qua quidem ſententia uidetur Dauidico illi dogmati conſentire dixi domino deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges. multa alia ex moralibus libris collegiſſe potui, ni hæc ſatis eſſe ducerem ad oſtendendum Ariſt. et Auerroẽ cum de moribus diſſererent dei prouidentiam ſtatuiſſe. Dauid.

¶Qui diuinam prouidentiam negant, refelli poſſunt ex iis quæ Ariſtoteles de rebus ciuilibus diſſeruit. Cap. iii.

ET Sane ut omnibus inlucubrationibus ſuis prouidentiæ ipſius memor eſſet Ariſtoteles, cum primum de ciuilibus rebus diſſerere cœpiſſet, prouidentiam citauit. In primo .n. politicorum libro

Locus primi politicorum libri.

regnare deos aſſeruit omniũ teſtimonio καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντες φασὶ βασιλεύεσθαι. Sed poſtea quod magis urget eodem primo libro ſcripſit, ſi igitur natura quicq̃ non facit qđ imperfectum ſit, aut fruſtra: neceſſarium utique hominum gratia naturam ipſa omnia fuiſſe operatam. εἰ οὖν ἡ φύσις μηθὲν μήτε ἀτελὲς ποιεῖ μήτε μάτην, ἀναγκαῖον τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν αὐτὰ πάντα πεποιηκέναι τὴν φύσιν. Si autẽ hominũ gratia non ne propter hominem? ſi propter hominẽ non ne id intelligit ſe facturam? aut ab eo qui intelligit dirigitur? dicet fortaſſe quispiam, condictiõe poſitam eſſe primam propoſitionẽ, non abſolute, quare nõ aſſertum id quod cõtendimus ab Ariſtotele, ſed dubitatum fuiſſe, Nec inſumpto ueritatẽ eſſe, ſed eam de conſecutione ipſa cõnexioneq; pẽdere. Sed facillime reuincẽtur. Nam ſupra mõſtrauimus conſueuiſſe Ariſtotelem illo uti argumẽtandi modo, ut q̃uis quidpiam nouerit, perſpectũq; habuerit, nihilominus illud ipſum hac pticula, ſi, deferre ſoleat in medium, et præter id ſumpti quoq; ueritas manifeſte deprehenditur aliis locis, inquibus Ariſtoteles ipſe naturam nihil agere fruſtra tota mente decreuit. quod ſecundo de naturali auſcultatione libro extra omnem controuerſiam apitur, in quo cauſam quam nuncupant finalem rebus naturalibus ineſſe pronũciauit, de quo inſequentibus acturi ſumus, ut manifeſte pateat ſæpiſſime alias naturam nihil agere fruſtra ſanxiſſe, nunc eam ſi fruſtra non ageret hominum agere gratia comprobaſſe. Eãdem quoque naturam in quarto de partibus animalium libro decreuit Ariſtoteles non excondictione ſed abſolute, ſed libere, fruſtra quicq̃ non facere. nam cum protuliſſet nullas aues quæ haberent ungues aduncos calcar etiam habere, ſubdidit hæc uerba, αἴτιον δὲ ὅτι οὐδὲν ἡ φύσις ποιεῖ περίεργον οὐδὲ μάταιον. Sed iterum muſſabũt nõnulli contendentes nõ propterea conuinci, ut ſi natura propter finem agat, id tamen intelligat ipſa, tum

Argu. ſup eo loco fũdata primũ Responſio.

Confutatio multiplex.

Alia reſponſio,

ſi id detur, non dari tamen, ut uelit ipſa quod agit, ac illud idem et curet et adminiſtret. Verũ.n.uero quo ad primã ptẽ attinet, in primis pcũctabor eos quicũq; ſint, reſpõdeãt qd eo loci naturæ nomine intellexiſse uelint Ariſt.? ſi deũ dicant? nã et ei naturæ q̃doq; appellationẽ tribuerũt, intelligere ipſum nõ negauerint, qd et Ari. et Auer.xii.lib.primæ phiæ cõſtituerũt, tã et ſi de mõ intelligẽdi pleriq; dubitarint, quorũ ſentẽtiæ hoc ipſo lib.examinabũtur. q aũt ad ppoſitũ attinet, ſi deũ naturæ uocabulo ſignificatũ uelint, hominũ illũ agere gratia fatebũtur. Et præterea ſi opus naturæ opus intelligẽtiæ dicunt eẽ.i.opus mẽtis quæ dirigat modereturq; naturã, niſi id ipſum deo rettulerint acceptũ, quærere eos oportebit aliã mentẽ uel (uti dicunt) intelligẽtiã deo ſupiorẽ, qd ne inſani qdẽ fatterẽtur, aut mẽtem aliquã inferiorẽ excogitare quæ nõ pẽdeat a prima. nã ſi ad intelligentiã referendũ eſt opus naturæ, Ipſum certe aut in primũ qd intelligit pcũbet, id aũt deus, et ſi noluerint hoc admittere eo ſupius qdpiã fortaſse delirãdo cõminiſcẽtur. aut ſi primũ refugiẽt ſomniare quidpiã cõueniet inferius, qd a primo nõ pẽdeat reclamante phia. neq;.n.quiſq̃ unq̃ boni nominis phus auſus eſt affirmare mentes ipſas a deo nõ pẽdere, qua de re latius agẽdũ. Nec dici poterit intelligi qdõ ſiue a deo, ſiue a mẽte, ſiue a natura quæpiã, ſed nõ hominẽ, quoniam ſupra poſitũ ẽ ipsã naturã quæ mẽte regitur et deo, pp hominẽ opari, qd fieri certe non poterit niſi prius hominẽ intellexerint et bonũ illi eſse uoluerint. hæc aũt omnia puidẽtiam aſseruerãt. Si uero p natura, mentẽ ſiue intelligentiã accipi uelint, quæ orbes moueat, aut uniuerſum adminiſtret mũdum, quẽadmodũ illi qui mũdi animã cõmẽti ſunt eſse, aduerſum ſe ferũt ſententiam qui naturã intelligere negauerant. nã eas ipſas intelligere ſolo nomine prolato confirmãt. et præterea norũt Ariſt. in metaphyſicis intelligendi munus illis tradidiſse, qua de re in opis pgreſsu latius diſputandũ. tum et illud fatẽãtur neceſse eſt, ut deus intelligat, qui et incorporeus et intelligẽtiis ipſis eminentior habetur, eius.n.phi dogma pipateticis receptiſsimũ, ĩ uno quoq; genere, dari oportere unũ, qd ſequẽtiũ omniũ principiũ cauſaq;, et ſit et habeatur. At ſi reſpõderunt mutũ quiddam et inanime, intelligi datũ eſse ab Ariſt. naturæ nomine, aut unũ ex tribus illis qbus ipsũ naturæ nomen cõmunicauit, ii ipſi q̃ aberrãt, q̃q; ipſi aduerſentur Ariſt. plane cõſtat, q̃doquidẽ in apto eſt, finis gratia pprie et exacte quicq̃ fieri ab eo non poſse, qui non cõcipiat qd agat. ut ex ipſo loquẽdi uſu conſtat. Prætereaq; finis rerum quæ nõ cognoſcunt, et naturalis appetitus cognitione carẽs, refertur in mẽtẽ ſupiorẽ quæ cognoſcit et curat, q̃to igitur magis ei qd ppriæ finis gratia dicatur agere et intellectus erit et cura? quare colligitur ipsã quã appellauit naturã Ariſ. oĩo quæ agit intelligere atq; curare. qd igitur attinet ad illud ſi natura intelligit nõ ppea ſequi ut uelit, curetq; et adminiſtret qd intelligit, eos iam nõ difficulter reppulimus, ſed nec impẽdio refellemus. primo etenim phs ipſe ex mõ loquẽdi qd a lectoribus accipi ſuis ipſius uerbis uoluerit manifeſtat illud enim hominũ gratia cauſa ue.i. τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν ſatis ſe prodit dici de eo non poſse qui non uelit, non curet, non adminiſtret. nam pp finẽ illũ.i.pp hominẽ quẽ alio loco phs ipſe omniũ eſse quodãmodo finẽ aſseruerat, opari naturã affirmauit. et quoniã cognitione intelligẽtiaq; naturã opari ſtatutũ eſt, cõficietur illico, uolũtatẽ ipſi naturæ necnon curã ineſse. Nã quicũq; agit pp finẽ, agit utiq; ex appetitu finis, eodẽ etiã Ariſt. authore, qui decreuit in

Confutatio multiplex.

Cõfutatio cõfirmatur p Ariſto. et Theopraſtũ.

Ariſtoteles.

phyſicis agētem cauſam a fine moueri. ac ipſius philoſophi diſcipulus Theo- Theophraſtus
phraſtus in metaphyſicis ab intellectione deduxit appetitum, quaſi oſtenderet quicquid intelligit etiam appetere. Nā mentis et ut ille ait τῆς διανοίας *mentionem faciens ſubiecit a qua et appetitus,* ἀφ᾽ ἧς ἡ ὄρεξις, *et antea de motu coeli uerba faciens appetibilis naturam in cauſa eſſe cenſuit, ut motus in orbē fieret continuus* τοιαύτη δ᾽ ἡ τοῦ ὀρεκτοῦ φύσις, ἀφ᾽ ἧς ἡ κυκλικὴ ἡ συνεχὴς καὶ ἄπαυστος *ut oſtēderet mētes ipſas quæ coelos agunt in orbem appetitu pollere. At qui alia Ariſtoteles ipſe clariora promit, et quæ uel minori uel nullo egeant conflictu, diſcuſſioneq;, ut innoteſcant, ut prodant authori dei prouidentiam perſpectam et exploratam fuiſſe. ducemus autem ea ipſa in medium librorum ordinem ſecuti, prætereuntes uel ſubſignantes potius ꝗ explicantes ea in quibus minus eſt efficaciæ. Sicuti in eodem quoq; libro cum probat Homerum aſſeuerantem de Ioue, ꝙ eſſet pater hominūq; deumq;. cuius hæc uerba* διὸ καλῶς Ὅμηρος τὸν Δία προσηγόρευσεν πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε τὸν βασιλέα τούτων ἁπάντων.

Locus ſecūdi libri politicorum.

At in ſecundo politicorum cum pleraq; ei diſpliceant, quæ Hippodamus in re publica ſtatuerat, illud tamen eius placitum nec redarguit nec cauillatus eſt quo inter diuidendum regionem, conſtituit ut pars una ſacra coleretur, et eodem uolumine, cum Epilogo clauderet quæ de regibus antea diſputauerat, non improbauit quibuſdam in ciuitatibus id ſolum regibus eſſe relictum ut et deorum ſacra cerimoniasq; curarent, et duces eſſent exercitus. Non multo poſt prouidentiam clarius aſſeruit, ubi decreuit eos qui iubent leges præeſſe, eoſdem iubere deum præeſſe. uerba eius græca hac de re ipſa ſunt ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον κελεύων ἄρχειν δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεόν. *Mitto ꝙ tyrannos ſecurius degere putauit ſi circa deorum religionem uerſarentur, q; minus formidinis et terriculi eſſet ob id in populis, qui et minus quoq; illum inuadere, quaſi deos propitios haberet et fauentes auderent. Mitto et alia, ſed id minime prætereundum, cum ſexto eius operis uolumine ſcribit ad nouos*

Locus ſexti libri politicorum.

pertinere magiſtratus, ut ſacra magnificentiſſime fiant, et procedente uolumine dum de magiſtratuum uarietate diſſereret et ad rem diuinam pertinentum eſſet æditous ſacerdotesq; conſtituit, q æedificia ſacra curarent, ἁρμόττει ἡ θυσίας τὰς εἰσιούσας ποιεῖσθαι, *et poſtea ſubiecit* ἄλλο δ᾽ εἶδος ἐπιμελείας ἡ περὶ τοὺς θεούς, οἷον ἱερεῖς καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ τοῦ σώζεσθαι τὰ ὑπάρχοντα καὶ ἀνορθοῦσθαι τὰ πίπτοντα τῶν οἰκοδομημάτων.

Locus ſeptimi.

qd ẽ quod ſeptimo eiuſdem operis libro uſus eſt (ut inquit) teſtimonio dei, nam dum aſſereret tantum eſſe unicuiq; foelicitatis, quantum uirtutis et prudentiæ et operationum, quæ ex illis penderent, ſubiecit hæc uerba ἔστω συνωμολογημένον ἡμῖν μάρτυρι τῷ θεῷ χρωμένοις. *Diſputans præterea de magnitudine ciuitatis et numero ciuium, conferret ne an magis obeſſet ciuili foelicitati multitudo, decreuit ualde ſuperantem numerum ſeruare ordinem non poſſe, quare diuinæ poteſtatis id opus eſſe, quæ totum hoc continet, quando id quod bonum eſt, in multitudine et magnitudine fieri conſueuit. quæ ille ſua lingua in hunc modum elegantiſſime diſſeruit* ὅ γε λίαν ὑπερβάλλων ἀριθμὸς οὐ δύναται μετέχειν τάξεως, θείας γὰρ δὴ τοῦτο δυνάμεως ἔργον, ἥτις καὶ τόδε συνέχει τὸ πᾶν, ἐπεὶ τό γε καλὸν ἐν πλήθει καὶ μεγέθει εἴωθε γίνεσθαι. *quo quid apertius ? quid pulchrius a philoſopho gentium dici poſſet ? Nec contentus dei prouidentiam aſſeruiſſe, cum*

affirmauit ordinem numeroſiſsimæ multitudinis,ei debere acceptum refer/ri.Sacrificia poſtea ei ipſi uoluit fieri,quæ quintum et primum eſse in ciui/tate dixit.hoc ad honorem et dignitatem refterens, illud ad ordinem, et numerum officiorum, de quibus ante diſſeruerat. πέμπτον δὲ καὶ πρῶτον τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν ἣν καλοῦσι ἱερατείαν. *Non autem ſacrificia ſolũ ſed et ſacerdotes inſtituit, quos nec agricolas,nec uiles artifices eſse uoluit. et hãc dedit cauſam ꝙ a ciuibus deos honorari cõuenit* ὑπὸ δὲ τῶν πολιτῶν πρέπει τιμᾶσθαι τοὺς θεοὺς *cur autem honorare præcepiſset ſi gratũ cultũ non haberent? At.n.inquies naturam excellentẽ honorari oportere iudica/*

Firmianus. *uit.refellat te uel Firmianus,eo libro qui inſcribitur de ira dei,quem Hiero*

Hieronymus. *nymus in opere de uiris illuſtribus pulcherrimum appellauit, inquo ſcribi*

Cicero. *tur quis honos deberi poteſt nihil curanti et ingrato:refellat et Cicero dum ſcribit ſi talis eſt qui nulla gratia nulla hominum charitate teneatur ua/leat. Et ſane uir ingenii perſpicacis Ariſtoteles, deis quos autumabat ho/norem,niſi eis gratum futurum ſperaſset, non inſtituiſset. deligendos uero ſacerdotes uoluit non ex eorũ numero ciuiũ,qui arma tractant,ſed qui ciui/tati cõſulunt quiq; iam laboribus fatigati quietem deſiderent.Inſtitit præte/rea docens,ſacrificia ſumptuſq; in deorum ſuppliciis communes eſse debere, partẽq; eam regionis quæ publica diceretur deorũ cultui deputauit. et pro/pinqua eſse uoluit templa et publicarum cõmeſsationũ receptacula niſi aut ea ſacrorum lex, aut fide dignum oraculum ſeperet. hoc eſt* τῶν ἱερῶν ὁ νόμος ἀφορίζει χωρὶς ἤτοι μαντεῖον ἄλλο πυθόχρηστον. *Iuſsit deinceps nõ in urbe tãtũ eẽ tẽpla, ſed et ſacella ꝑ regionẽ diſtributa eẽ diis et heroibus,qua de re inq̃t* ἔτι δὲ ἱερὰ κατὰ τὴν χώραν εἶναι νενεμημένα τὰ μὲν θεοῖς τὰ δὲ ἥρωσι *quos q̃dẽ heroas in coelũ receptos uelle uiſus eſt,nec nõ mortalibus conſulere poſse,quare ueneratione dignos, quemadmodum et deos quos or/bi prouidere non dubitabat. Citat quoque oraculum troezenis datum, ne puellæ uiris immaturæ nuberent.Mittitq; prægnantes ad templa deorum. Et cum iubet adoleſcentes interdici obſcenis et uerbis et picturis,deorum ta*

men quorundam tabulas non ſuſtulit. In octauo eiuſdem operis libro cum Locus octaui

de muſica diſputaret opinioni de diis aſsentiens, noluit Iouem aut canere libri.

aut pulſare citharam quoniam uiles haberentur qui talia peragunt. Atque ineadem diſſertatione muſica diutius immoratus,fabuloſum illud non eru/buit exponere, palladem non propterea,tibiam cuius fuiſset inuẽtrix obde/formitatem oris abieciſse, ſed quoniam uſui non eſset intelligentiæ, illam ideo proiectam ab ea,quæ artis,et ſciẽtiæ patrona putaretur. Ac paulopoſt de ſacris melodiis et expiantibus animam carminibus mentionem faciens, toti de re publica operi finem properauit imponere, quo quidem ex opere multa citauimus inter probandum Ariſtotelem diuinam prouidẽtiam affir/mauiſse,et inter ea pleraq; ſunt quæ in alium ſenſum trahi nequeunt, eoq; maxime cum ex propoſito urbem ipſe conſtituit quam futuram foelicem ma/xime cupit,ſacerdoteſq; ĩ ea et ſacrificia cõſtituit.Tũ et extraria q̃doq; citat, ex ꝓpoſito tamen affirmans uniuerſum contineri dei poteſtate qua ſola fate/tur ſupfluã multitudinẽ,et ordine ꝑticipare,et cõtineri poſse.quare ſi nõ oĩa quæ de politicis lib.in mediũ ꝓtulimus ꝓuidẽtiã ab Ariſt.firmatã oſtẽdũt,ple/raq; tum eã ita ſtatuũt,ut et de ipſa illũ nõ dubitaſse cõuincãt,et eos refellãt q̃ illi detrhaũt. Quod et exiis quæ de re familiari præcepit,manifeſte patere

poterit,qua de re uerba faciemus ordinē q uulgatus ē Ariſt.librorū,ſecuti.

¶ Eos qui hoſtes ſunt diuinæ prouidentiæ contradicere Ariſtotrli de re fa/
miliari præcipienti. Cap.iiii.

VT Autem non minus prouidentiæ diuinæ memor eſset Ariſt. in
cōſtituēda re familiari, q̄ fuit in publica et in moribus edocendis,
nec minus ei curæ eſse diuina uiderentur, indomo gubernāda,
q̄ et in urbe regenda et in homine inſtituendo fuerant,is ipſe ubi
primū aggreſsus eſt ſcribere oeconomicos libros,quos de re familiari tuēda
et Cicero et alii nūcupant, ita Xenophontis oeconomicon intrrpretati, nos
ſi uerba uerbis aptare uolumus de lege domeſtica dicere poſsemus, ubi inq̄
eos aggreſsus eſt,ſignum attulit ſe eorum quæ inſuperioribus uoluminibus
Locus primi lib. de diuina ꝓuidētia decreuerat meminiſse.Nam primo eius opis libro con/
oeconomicorū. iunctionē maris et foemine id efficere ſanxit ut qđ in ſingularibus homini/
bus pſici non poſset,in ſpetie cōpleretur.qđ.ſ.attinet ad pēnandū genus hu/
manū,foreq; uoluit ut natura ipſa hoc circuitu naſcēdi et obeundi,perpetuo
maneret.qđ ne putari poſset ab eo id tribui, uel caſui, uel fortunæ,uel fato,
mutæq; naturæ,ſubnexuit diuina ꝓuidentia id fieri, ut nulli ambiguum ſit
curam totius humani generis deū gerere,eius hæc uerba ſunt ὅτω προωκο
νόμηται ὑπὸ τοῦ θείου ἑκατέρου ἡ φύσις τότε ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς πρὸς
τὴν κοινωνίαν.Eodē libro ſacra inqbus epulæ largiter et affatim præbeban/
Locus ſecūdi lib. tur,ſeruorū gratia faciēda cenſet,et in ſecūdo libro de re familiari ſcriptum
reliqt,mulierē bene cōpoſitā exiſtimare debere, mores uiri legē eſse foemi/
næ impoſitam a deo, p coiūctionē matrimonii atq; conſortii.At inquies coer
Cōfutatio tacitæ cere foeminas uolebat pretextu religionis,quaſi foeminis proprie id opus di
reſponſionis. caret ?quaſi non omnia quæ aut ipſe aut alii ſcripſerunt præclara dogmata,
Alius locus. ſimili calumnia queant infringi?Addit quoq; eū q uxoris filiorūq; negligēs
Alius. fuerit deos ipſos negligere,pp quos illa eū ipſum agere debere,utpote qbus,
præſentibus ſacra fecerit.Cæterū in calce opis cōſenſit,eos q parētibus operā
exhibuerint,et erga uxores,filios,affines,et rē familiarē,ſe modeſte et ſancte
habuerint,maximum a diis præmiū cōſecuturos.quæ res adeo firmant pro/
Quid nomine uidētiam,ut qui ei cōtradicunt Ariſt.cōtradicere uideantur.Deorū autē no
deorum gētes mine cū ipſe tū alii gentiū philoſophi,ſignificabāt ſepatas intelligentias, ut
intellexerūt. ſcribit Tho.incōmētariis in primū librū ethicorū,q̄q̄,et alii et ipſemet Ariſt. Thomas.
unius dei ſæpe numero meminit,ac ubi de ꝓuidētia loqtur exactius,ſingula
ri numero deū appellat,qđ ex iis quæ ante iā diximus haberi cōmode pōt.

¶ Affirmari ꝓuidētiā dei ab Ariſt.et Auer.cū de prīcipiis naturæ,de aīa,
de generatione,de coelo,de prima phia,aliiſq; rebus decernūt. Cap.v.

SEd ſi ad res naturales examinādas cōuerſi fuerimus,ſi ad meta
phyſica atq; diuina tractāda mentē appulerimus,nō minus in eis
Ariſt.q̄ inethicis politicis et oeconomicis fuerit,diuinæ memorem
ꝓuidētiæ depræhēdemus,ac eius dogmata ibi maxime dei famu
lari ꝓuidētiæ,ubi eius rei nulla fieri uerba multi putauerūt. In ſecūdo igi
Locus ſecundi tur li.de auſcultatiōe phyca,poſt mētionē quattuor cārū,agētis,materiæ,for
phyſicorū lib. mæ,finis.poſt fortunā et caſū,quas ſecūdū accidēs cās appellauit,multa diſſe
rēs, naturā quā in politicis nil agere fruſtra,ſed hominū gratia et in quarto
de partibus animalium libro quicq̄ moliri nec ſuperuacuum nec fruſtra uo.
luerat,agere ꝓpter finem affirmauit,Quam Ariſtotelis ſententiam pertrac/

*tans Auerroys in cõmentariis in eũdem librum particula quinta ſupra ſep
tuageſimam, aſſeruerat fundamentum id eſſe, maximãq; propoſitionem in
naturali diuinaq; ſcientia, quoniam ſi naturalis eam non conceſſerit, negat
principium finale,et negat materiam eſſe propter formam.ex quo ſequi di/
cit,ut id quod ãgit etiam neget,quoniam generans (ut eius utar uerbis) nõ
generat niſi propter aliquid,et ſimiliter mouens mouet propter aliquid, et
paucis interpoſitis addit hæc ad uerbum,ſimiliter ſi diuinus non conceſſerit
eam,nõ poterit probare ꝙ deus habet ſolicitudinem circa iſta quæ ſunt hic.
procedens poſtea eodem libro mouit queſtionem Ariſtoteles eorum induens
perſonam qui ex neceſſitate quadam naturæ opera fieri putarent, quorum
ſolutis argumentis,omni firmauit niſu naturam agere propter finem,id ip
ſumq; ab Auerroe confirmatum eſt.qui eiuſdem cõmentarii particula octo/
geſimà,ſcripſit rationes eas quæ naturam agere propter finem aſtruerent,
naturales non eſſe,quoniam id per ſe manifeſtum eſſet, uſurpari uero et in
eum dũtaxat aduerſariũ depromi qui principia naturalia negaret. Cõſtat
igitur et authoritate Ariſtotelis,naturam agere propter finẽ,et Auerroys
teſtimonio liquet,id ipſum haberi medium præcipuũ, quo dei curam ad res
uſq; imas pertingere ꝓbari poſſit.Vt autem ad hoc probandi oneris accin/
gar,ſuſcepti operis ratio poſtulare uidetur,affirmo itaq; ſi natura propter fi
nem agit,quod et ratio dictat et Ariſt.et Auer.confirmat authoritas, ſequi
proculdubio, ut deus omnia curet.ſi quidem quod et ſupra iam diximus ip
ſam naturam aut deum ipſum unicum et cauſam primam , atq; principium
eſſe dicent,aut a deo pendere. Si deum dicent eſſe naturam,uicimus,namq;
agere propter finem naturam,nihil erit aliud ꝗ deum agere propter finẽ,
quid autem agere propter finem?niſi finem illum et intelligere, et uelle ut
a rebus quæ fiunt obtineatur?qđ qd eſt aliud ꝗ prouidẽtia ?et cum in omni/
bus rebus naturæ etiam minimis ſit huiuſmodi finis,optimo nexu ſequetur,
de omnibus rebus naturæ haberi prouidentiam.Nec ſecus conficietur quod
uolumus ſi deum propter ſe ipſum agere dixerimus, quoniam finis ipſe ul
timus atq; ſupremus imos non tollit,qui in unum illum ſumma omnes ꝓui
dẽtia dirigũtur. Nec minus ab uno fine ultimo reliqui fines,ꝗ ab una cauſa
atq; prinıpio ſupremo cauſe reliquæ principiaq; deducuntur,et ad ipſum fi
nem ſupremũ pertinet in ſuos fines omnia dirigere. ꝙ ſi dixerint deum nõ
eſſe naturam, ſed aliquid eo inferius , tantũdem pro ueritate aduerſus uel
hebetes,uel impios,colligemus.Siue.n.mentẽ aliquam dixerint,ſiue quãdam
ſine nomine uim et poteſtatem rebus infuſam,ſiue materiam,formamue, ſi/
ue generationẽ,ſiue rationem ſeminariam/ ſiue motus et quietis principiũ,
ſiue facultatem cientem motus in corporibus neceſſarios,ſiue pĩcipẽ ratiõis
atq; ordinis uim,ſiue ignem artificioſum ad gignendum progredientem, ſi
ue inditam rebus uirtutẽ ex ſimili ſimile ꝓcreantẽ, nam uarii uarie de na
tura diſſeruerunt,platonici,ꝑipatetici,ſtoici,alii,quorũ omnia pene ſenſa tu/
limus in medium ut inimicorum ueritatis uanitatem excludamus. ſiue inq̃
aut hæc omnia,aut ex iis aliquod meminerint,et præter id,aut cauſas alias,
aut cõcauſas accerſiuerint,miſcuerintq; illis uel ſupremum coelum, uel eius
animam,intelligentiam ue,aut ſeorſum,aut cum illo,quodcũq; demum attu/
lerint,id ipſum obtinebimus quod quærimus aduerſus illos. Nam ſi coelum
ꝑ ſe, aut uis illa neſcio quæ,aut quicquid aliud ſine mente et ratione fuerit,*

Auerroys expo ſitio.

Alius locus.

Alia expoſitio.

Authoris argu/ mẽta ſuper locis ãtea relatis fun datu.

Variæ deſcrip/ tiones naturæ.

id totum certe regetur ab anima, aut intelligentia mouente. Notiſsimum.n.
in metaphyſicis ab Ariſtotele cõſtitui tot intelligentias, quot orbes et ſphæ/
ras quæ ab illis uoluantur in Gyrum, et illud notiſsimum et omnibus uſur
patũ omne opus naturæ, opus eſse intelligentiæ. Prouidentia igitur fertur
accepta ſuperiori illi menti, quæ res inferiores curet et adminiſtret. Sed cũ
una quæq; intelligentia pendeat a deo æterno prima omnium cauſa etiam
authoritate Ariſt. et Auerroys ut in operis progreſsu patebit, referri ulte/
rius in deum ꝓuidentiam ipſam oportebit. quicquid.n. ꝑfectiõis aut in imis
inuenimus, aut intermediis cauſis, id totum inſupremam iure optimo refe/
rendum eſt. Nec ambigere debet uir uere philoſophus quin intelligẽdi mu
nus atq; uolẽdi eximia quadam ꝑfectione polleat. quare a tota aberrat phi
loſophia qui mentibus orbium coeleſtium agitatricibus ea tranſcribit et ab/
nuit deo, qui illis utiq; longe (ita dixerim) intelligẽtior atq; (ſi dicere liceat)
uolentior, hoc eſt ſapientior et melior, quin et ipſa eſt ſapientia et bonitas et
poteſtas, quæ omnia condidit, omnia gubernat, tantũ abeſt ut non intelligat
non cognoſcat omnia, quod qui aſsereret tantum ab Ariſtotele diſsentiret,
Remotio tacitæ obiectionis. *tamq; ab eius dogmatis ab horreret q̃ qui maxime. ꝙ ſi forte quiſpiam aſſir*
maret quæ diximus opera naturæ non in mentem aliquam referenda, ſed
in ipſas rerum formas quæ nullo extrinſecus indigeãt, quẽadmodum apud
Aureolum dici a quibuſdam poſse contenditur, is idẽ cum authoritate Ari/ Aureolus.
ſtotelis et Auerroys tum et rationibus quoq; quæ ſupra tulimus in medium Ariſtoteles.
reuincetur, et præter id Thomæ illum rationes a Capreolo in tertia diſtin. Auerroys.
primi commentariorum in ſententias theologicas repetitæ longe refellerẽt. Thomas.
ꝙ tolleretur certitudo cauſarum et modus, ſi naturæ opus ſuperne deſtitue/ Capreolus.
retur, et moderatione debita non gubernaretur. ꝙ item quæ ſuapte natura
ſunt diſtincta non coirent in unum ſi unus non eſset uniuerſi rector, et di/
ſpẽſator. Ad hæc et illa ſpectant quibus Ariſtoteles et Auerroys multifariã
deo eſse rerum cognitionem et prouidentiam decernunt. Ariſtoteles enim de
Locus de anima *anima diſserens cuius opus ut aduerſos ueritati detegamus errores enar/*
randum ſuſcepimus, taxauit ſententiã Empedoclis, qua ſequi opinabatur ut
deus inſipientiſsimus eſſet, eo quod non cognoſceret, et eũdem carpens Empe
Locus metaphyſicæ. *doclẽ in prima philoſophia ex eius dogmate deducere nititur, deũ ipſum cæ*
teris eo minus pollere prudentia, ꝙ non cognoſceret elementa, quoniã ex eis
compoſitus non eſset. putarat enim absurdam opinionẽ Empedoclis uideri,
quoniam id ab ea ſequi uidebatur, quod falſum et explodẽdum cenſuit, hoc eſt
Locus secũdi li. de generatione *deũ nõ habere cognitionẽ elementorũ. Atqui in ſecũdo libro de generatione*
cẽſuit, continuam a deo generationẽ effectã eſse, et cũ in primo libro de coelo
Locus primi libri de coelo. *ternarii meminiſset muneri, cuius eſset uſus in ſacris, Auerroys ipſam decla*
rauit ſententiam et comprobauit, et q̄q̄ fama notam aſseruit, eam tamẽ teſta/
Auerroys expoſitio. *tus eſt eẽ talẽ, quæ naturam imitaretur. et in eius arabica trãslatione ſcribũ/*
tur hæc uerba, et ſecundum iſtum numerum tenemur deum creatorẽ magni
Locus Auer. in ſecundo cõmentario de coelo. *ficare. Idem in quarta particula ſupra trigeſimam ſecundi cõmentarii de coe*
lo, ſcripsit naturam ꝑ diuinã (ut eius utar uerbo) ſollicitudinẽ res aliquas po
ſuisse in animalibus, non quidẽ neceſsitate, ſed ut ea ſe ſe melius et ꝑfectius
Locus Auer. in ultimo libro metaphyſicæ. *haberẽt. Itẽ in cõmẽtario ultimi libri metaphyſices ꝑticula decima nona decer*
nit aptiſsime formas quæ in materia generãtur in mẽte diuina ueluti in arte
quapiam uniuerſali cõtineri, et ſpeties animalium ſidereo calore progenitas

*menſuram habere confirmat,quæ ut eius utar uerbis prouenit ab arte diui
na intellectuali, quæ eſt ſimilis uni formæ unius artis principalis, Sub qua
ſunt artes plures,hæc ille,ex quibus uerbis antequã ultra ꝓgrediamur, obiter
et uelut intranſcurſu, eodem inſiſtentes exemplo principalis et uniuerſalis
artis ad eas quæ ſubſe collocantur, deducere facile poſſumus, quomodo ipſa* Corrolariũ.
*dei cognitio ꝗꝗ neceſſaria, rebus tamen uniuerſis non inferat neceſſitatem,
nec ſubuertat omnia quæ (uti dicunt neoterici) contingenter, ſecundum ua
riarum cauſarum naturam euenire dicimus. Nãq; ipſa dei cognitio rerum
inferiorum naturam non labefactat,aut deſtruit,quemadmodum nec ars ar
chitectonica iis artibus quas habet ſuppoſitas,naturam,aut operandi modũ
imutat,quare quod nouit futurum/eſt/inferiorum cauſarum ſeruata non de
ſtructa natura.q; ſi dixeris,eo loci,Auerroem de ideis,non de ꝓuidentia lo* Reſpõſio tacitæ
qui.Idearum locos et prouidentiæ iunctiſſimos confirmabo,tum et prouidẽ obiectionis.
S. Thomas. *tiam quoq; ſubindicari artis nomine cõtendam. Si quidem Thomas Agnas
prouidentiam noluit re,ab arte diuina,Sed ratione diſtingui.Deinceps au* Alius locus
tem particula ſeptima ſupra trigeſimam apte ſcripſit, uideri deum ut eius Auerrois in
utar uerbis habere curã circa omnia entia, et aliquo modo deum circa unũ ultimo meta
q̃dq; indiuiduum eſſe ſolicitum, quæ ſollicitudo clarius multo patefacta eſt, phyſicæ.
eiuſdem Auerroys cõmentario de diuinatione per ſomnum,quẽ alias quoq; Locus Auer/
citauimus in libris de prænotione rerum.Confirmat.n.dari ſomnia de re/ rois de diui/
bus futuris modo longe nobili,quod attribuitur principio uoluntatis, quod natione per
nobilius eſſe teſtatur,imo eſt inquit(ut ipſius uerba ſubtexam) a re diuina, ſomnum.
*et ex perfecta ſollicitudine circa hominẽ,Affirmauitq; accidentali modo hæc
hominibus inſomnia prouenire nulla argumentatione, nullo diſcurſu, Sed
ab intelligentia ſepata,quæ imaginanti animæ tribuat uniuerſalem indiui
dui naturam.i. intellectum ſuæ cauſæ ut uerbo illius utamur. Inde quoque
ſubnexuit enunciationem ipſam componi ex uniuerſali quod ab intelligen/
tia datur, et ex particulari intentione, quæ uniuerſali illi ſimilis euadat.
Et poſt multa de hac re pluribus agitata,quodam epilogo claudens uniuer
ſa hæc ſubdidit. propter quid uero ſunt ſomnia ? dicamus ergo propter ſo/
licitudinem circa hominem, et non multo poſt adiecit, et ideo dicitur q; eſt
una pars prophetiæ, et hoc manifeſtum eſt in ſomnio Pharaonis de quo in
terrogauit Ioſeph, hæc ille ad uerbum. quare deſinant qui dei prouiden/
tiam negant philoſophaſtri, Auerroẽ aſciſcere patronum ipſius impii crimi
nis,quandoquidem nõ hoc illi dogma, ſed ſua illa de animæ unitate ſenten
tia merito deteſtanda,inter impios illum proprie exacteq; repoſuit,Alioqui
dei prouidentiæ memor. Aqua etiam ſe adiutum profiſſus eſt incõmẽtariis* Locus Auerrois
de coelo dum pertractaret quo pacto circularis quiſpiã motus,circulari mo in cõmentariis
tui non aduerſaretur.Affirmauit.n.ſe olim non intellexiſſe ſenſum eius lo/ de coelo.
*ci,mox intulit,ſed deus duxit me in hãc ueritatem,quod manifeſtiſſime de/
clarat prouidentia dei hominibus conſuli.et in eius ipſius qui de medicina* Eiuſdẽ locus in
ſcriptus eſt libro nomine colliget,imploratur dei conſenſus ut ultima ꝑfectio libro colliget.
quæ ſempiterna beatitudo nũcupatur poſſit adquiri. Enimuero præcipuum Locus Ariſto.in
quendam et inſignem locum ab Ariſtotele tractatum nõ præteribimus hac xii. libro philo/
ipſa de re, cũ duodecimũ librũ metaphyſices terminauit hac Homeri ſenten ſophiæ.
*tia,bonum nõ eſſe principatum multorum,quare unũ totius principem eſſe
debere,quoniam ea quæ ſunt male nolent gubernari. quo quid aliud intel/*

ligi datur,ꝙ unum deum totius uniuerſitatis gubernatorem eſſe:niſi enim
deum gubernatorem mundi putauiſſet, quid roboris illam quam ipſe aſſe/
rebat rationem habituram exiſtimaſſet, quod ea quæ ſunt male nolent gu/
bernari:uel ut eius utamur uerbo πολιτεύεσθαι quibus omnibus qui non
uiderit diuinam prouidētiam penitus affirmari,quid amplius in litteris ſit
uiſurus plane non uideo.

¶Qui de prouidentia dei impie ſentiunt, cōmoneri poſſunt ex libris rhe
toricorum, problematum, de mundo, et aliis pluribus ab Ariſtotele com
poſitis. Nec nō ex eis authoribus, qui philoſophi ipſius geſta ſcripſerunt,
et opera interpretati ſunt. Cap. vi.

PRæter ea quæ ſupra citauimus Ariſtotelis dogmata, ex ethicis, po
liticis, æconomicis, phyſicisq; libris, et metaphyſicis, quibus oſtendit
ſe putauiſſe deum prouidere inferiori mūdo et humana curare,
ſunt et alia ſparſim eius lucubrationibus inſerta quibus id ipſum,
Ex ſecūdo rhe/ quod et in aliis, confitetur ac prædicat. ſicuti cum ſecundo de arte rhetorica
toricorum Ari. libro diſſereret de locis enthymematum, illud allatum eſt. ꝙ multis non ex
beniuolentia deus ingentes præſtaret ſucceſſus, ſed ut ipſorum calamitates
inde fierēt inſigniores. Plura quoq; in eis quæ perierūt uoluminibus, hac
de re diſputata, decretaq; fuiſſe ut credam, indicio ſunt librorum tituli, qui
Libri Ariſto. de citari ſolēt, et præſertim de natura deorum, quos Cicero aſe uiſos indicauit. *Cicero.*
natura deorum Indicio et illud ꝙ Seruius ex Ariſtotele profert quædam numina aliquādo *Seruius.*
a Cicerone uiſi. poſſe mori, eiq; ſimile uidetur quod apud Plutarchum legitur, et apud Eu/ *Plutarchus.*
ſebium refertur de morte panos. Potuit.n. quemadmodum et Platonicorum *Euſebius.*
plurimi, de minoribus (ut dicebant) diis habuiſſe mentionem in libris, qui
Libri Ariſto. de perierunt, et præſe illos rebus inferioribus affirmauiſſe. Prætereaque. S. *S. Thomas.*
ſubſtātiis ſepatis Thomas agēs aduerſus Auerroem de unitate intellectus libros indicat ſe
nouiſſe Ariſt. non autem translatos in noſtram linguam, in quibus de ſepe/
ratis a materia ſubſtantiis diſputaret. Sed et illud magno ſit argumento, ꝙ
Iſidorus antiquior, et poſt eum Clemens inſtromatis memoriæ prodiderūt, *Iſidorus anti/quior.*
Ariſtotelem de diis localibus qui urbibus et regnis præſiderēt mentionem
feciſſe. quorum ſentētiæ ut facilius accedam effecit liber Firmiani de ira dei, *Clemens.*
inquo poſtꝙ Ariſto. dixit de prouidentia diuina in ea fuiſſe ſententia inqua *Firmianus.*
Pythagoras, Socrates, Plato fuerant, non multo poſt adiecit, Antiſthenes au
tem in phyſico unum eſſe naturalem deum dixit ꝙuis gentes et urbes ſuos
habeant populares, eadem fere Ariſtoteles cum ſuis peripateticis et Zeno
cum ſuis ſtoicis hæc ille. qui potuit et eos qui perierunt legiſſe, ſicuti et alia
illi ſcimus nota fuiſſe uolumina quæ ſeculis poſterioribus deſiderantur.
Ex libro Ariſt. præter id quoque libellus extat Ariſtotelis de uirtutibus a Theodoro Ga/ *Theodorus*
de uirtutibus. za in latinum conuerſus et Nicolao Sypontino antiſtiti miſſus, quo in libel *Gaza.*
lo tria facit iniuſticiæ genera, iniquitatem, cōtumeliam, impietatem, de hac
autē in hunc modum ſtatuit, interprete Theodoro, nam græcum exemplar
ad noſtras manus ad hanc diem nō puenit. Impietas eſt error in deum, aut
genios, aut etiam uita functos, aut parentes, aut patriā. quibus quoquomodo
Ex libro de ad/ poteſt apparere deum geniosq; ab Ariſt. cultos, qui et in libro quoq; de ad/
mirādis naturæ mirandis naturæ nō refutat uaticinium ſibyllæ utpote uenerabilis tum uir/
Ex problemati/ ginitate, tum credita diuinitate. Idem ipſe quærit in problematis cur homi
bus. ni præcæteris animantibus credendum, et inter alia hoc affert reſponſum ꝙ

ſolus deos ueneretur et colat, demonum quoq; fit mentio dum habetur ſer/
mo de inuẽtione medicinæ. In epiſtola etiam ad Philippum beneficentiam, Ex epiſtola ad Philippum.
philoſophorum conſenſu, deo equalem exiſtimatam uoluit, quaſi procul omni
dubio eſſet deũ eſſe beneficum. Vnde ait. οἱ πολλοὶ τῶν φιλοσόφων εὐεργε
σίαν θεῷ ἰσότιμον παρεσκεύασαν. ſed quoniã minus fidei daretur pluri/
bus eiuſmodi libris, q̃ ut pares eſſent firmãdæ authoritati quoniã nec apud
arabes, nec apd̃ latinorũ multos habẽtur, plura ſciẽs uolẽsq; ptrãſeo, ĩter quæ
elegias et ad Democritũ carmina ueteribus ꝑdita quorũ prĩcipiũ ἄγνωθι
τρὶς βίκατιβόλε, mitto ꝙ aram ædificauit Platoni ut eſt apud Phi
loponũ iis dũtaxat immoratus, quæ uel omnibus uel omnino multis cõmu/
munia eſſe poſſunt, et quorum pars publice in omnibus litterarũ Gymna/
ſiis legitur. Verũtamen et Ariſt. libri de mũdo ad Alexandrum libri utiq; Liber Ariſto. de mũdo ad Alex.
Io.Picus. Io.Pici patrui mei teſtimonio, in opere aduerſus aſtrol. Ariſtotelis ſapiẽtia
Apuleius digni, quem tanti fecit Apuleius, ut honeſto ueluti furto in latinum ꝑ ſe ad
Fauſtinum tranſtulerit, teſtimonia ducemus in medium, nec ſine græco exẽ/
plari, tũ ob id cuius antea meminimus, tũ ne de Apuleio ſumpta uideantur.
Itaq; cum dixiſſet mundum collectionem eſſe ex coelo et terra et iis quæ il Ex eo libro pri/mũ teſtimoniũ.
la in ſe clauderent, aliam in hunc modum attulit diffinitionem. Mũdus uni/
uerſorum eſt ordo, et exornatio, a deo et per deum cuſtodita. κόσμος ἐστὶ τῶν
ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις ὑπὸ θεοῦ καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. Aliaq;
multa in hunc ſenſum affert, et deorum habitaculum inſuprema orbis Secundum.
parte collocat. et quomodo unus et idem deus cum ſit, pluribus tamen no/
Io.Picus. minibus appelletur docet opere procedente. quod non ſolum Picus patruus
Beſſarion. et Beſſarion et alii Ariſt. eſſe decreuerũt, ſed etiã Iuſtinus ipſe philoſophus
Iuſtinus phus et martyr. et martyr comprobat eo in opere, qđ de græco uertimus in latinum. nam hu Liber ab autho. conuerſus in la/tinum.
ius ipſius libri tãꝙ Ariſtotelici, et legitimi, nõnulla citat et in medium pro/
Themiſtius. fert teſtimonia, nec non illum Themiſtius aperte uidetur in phyſicis agnoſce/
re. Illud autem inſigne, cum ex Platonis ſententia qui ueterum dogmata Tertium.
ſectatus, decreuit deum omnium habere principia, medium et finem, eũdẽq;
deum cum bonis foelicitatem, tum iis qui diuinæ deſertores legis habentur
poenas imꝑtiri. et antea cum de terremotibus Chaſmatibusq; et ſpirituũ de Quartum.
terra eruptionibus mentionem faceret, aperiri quandoq; prodidit os terra/
rum ex quo funderentur oracula, quemadmodum indelphis et inlebadia τὸ
ἦ χρησμολογεῖν ὥσπερ τὰ ἐν Δελφοῖς καὶ τὰ ἐν Λεβαδίᾳ. de q̃bus ipſe oracu Auth. Hym. cõment. lib. de R. prænotione.
lis in hymno ad Chriſtũ et in eiuſdẽ hymni interpretamẽtis multa inter cõ
futandas gentium uanitates diſſerui, et antea in libris de rerũ prænotione.
Idem quoq; Ariſtoteles eodem libro de mũdo rettulit, antiquum fuiſſe et pa Quintum.
trium cunctis hominibus, ut aſſererent ex deo omnia, et per deum nobis cõ
ſtituta, nullãq; naturam per ſe ipſam ſufficere ad ꝑmanendum, ſi ea quam ab
illo cõſequitur ſalute, deſereretur. quos ipſe ſenſus ſua lingua in hunc modũ
explicuit. ἀρχαῖος μὲν οὖν ὁ λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις ὡς ἐκ
θεοῦ τὰ πάντα καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν οὐδεμία δὲ φύσις αὐτὴ καθ᾽ ἑαυ
τὴν αὐτάρκης ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. et pluribus iterual/ Sextum.
lis cõmunem orandi modum quo et ipſe uteretur ſublatis in coelum mani/
bus explicuit καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν
οὐρανὸν εὐχὰς ποιούμενοι. Itemq; de montis ætne crateris abruptis fluẽteq; Septimum.
ab eis inſtar torrẽtis igne uerba faciẽs, piorũ quorũdã ut ait genus Ademo/

ne et honoratum et conſeruatum aſſeuerat, quæ ita ille non paucis. καθά/
περ τῶν ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναῤῥαγέντων, καὶ ἀνὰ τὴν γῆν φερομένων
χειμάῤῥου δίκην. ἔνθα καὶ τὸ τῶν εὐσεβῶν γένος ἐξόχως ἐτίμησε τὸ δαιμόνιον,
περικαταληφθέντων ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν
ὤμων γονεῖς καὶ σώζειν, πλησίον γὰρ αὐτῶν γενόμενος ὁ τοῦ πυρὸς ποτα
μὸς ἐξεσχίσθη παρετρέψε τὸ μὲν ἔνθα, τὸ δ' ἔνθα, καὶ ἐτήρησεν ἀβλα/
Octauum. *βεῖς ἅμα τοῖς γονεῦσι τοὺς νεανίσκους. Statimq; ſubdidit. In uniuerſum au*
tem ſicuti gubernator in naui, in curru auriga, in choro ſupræmus, in ciui/
tate lex, in exercitu dux, ita in mũdo deus. Quæ ſic ipſe græce καθόλου δὲ
ὅπερ ἐν νηῒ κυβερνήτης, ἐν ἅρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυφαῖος, ἐν πόλει
δὲ νόμος ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών, τοῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ. præter hæc uero et
Ex libro de animalibus. *alia cõplura, quæ omnia euidens tribuunt prouidentiæ teſtimoniũ. Sed de li*
bro de animalibus quod et alias ſcripſimus quid reſpondebunt: inquo ſternu
tamentũ appellat ſignũ augurale et ſanctũ, qua quidẽ in re ſuperſtioni hæ/
ſiſſe non adæſiſſe impietati manifeſte depræhẽditur, ut auguria uidelicet ad
miſiſſe uideatur, quæ ad prænotionẽ ptinent, non naturalẽ, ſed demonicam,
Teſtimoniũ ex Laertio. *cum et naturam ſupent et non mittantur a deo. Quid autẽ de Laertio dicẽt* Laertius.
qui Ariſt. uitam ſcribens pdit illum uouiſſe ſtatuas, et iuſiſſe teſtamento cu/
rari ſculpẽdas imagines et ſuis locis imponendas, ac eius matris Cererem,
aut in Nemæa, aut ubicũq; uideretur locandam. Quo depræhẽditur eum ut
cæteri Platonis aſſeclæ putauiſſe, mentẽ aliquã præeſſe ſeminibus, quæ Ce/
reris nomine uocaretur. tum et ſeruari præcepit qd pro nicanore fecerat uo
tum. uouerat autem animalia lapidea cubitorũ quattuor Ioui ſeruatori, et
Aliud. *Mineruæ ſeruatrici in ſtagiris. Idem eſt author Ariſt. in puidentia decernẽ*
da nihil a dogmate Platonis euariaſſe, q̃q̃ ipſe Diogenes non ſatis pbe ſen
ſum utriuſq; declarat, nam extra cõtrouerſiam patet puidẽtiam a Platone
deductam aduſq; genus humanum, idq; uoluiſſe Ariſt. et dictum, et inſequẽ
tibus dicendum, quos tamen ille præpoſtera putauiſſe uoluit. Boni præterea
philoſophi ipſius interpretes dum id eius exponunt, ens in neceſſarium et
cõtingens diuidi, deum uolunt ea diſtinctione nõ contineri, qui ſuper illa ſit
exaltatus et eorũ omnium princeps et rector adeo, ut et quod neceſſario fit
Hãmonii teſtimoniũ. *et qd nulla neceſſitate pmitur, in eũ referatur authorẽ. Hãmonius quoq; dũ* Hãmonius.
inter cõmentandũ prædicamẽta Ariſt. probaturus eſſet quædam ſecundum
naturam nomina, ad aliquid eſſe ſiue relatiua, pro exemplo inter alia ſũmit
deũ ſolum principari, et nos oẽs illi eſſe ſubiectos. Quare ait καὶ ὁ θεὸς ἄρχει
Auth. *μόνος καὶ ἡμεῖς δὲ πάντες μόνως ὑπ' αὐτοῦ ἀρχόμεθα, cuius etiamnũ rei*
Opus de logica inſtitutione ad filium. *mentionem feci in ſecundo de logica inſtitutione libro ad Io. Thomã filiũ.*
Quin et ipſum dei cultum Ariſt. adſcripſit Simplicius inter initia cõmenta Simplicius.
tionum ſuarum in ipſius Ariſtotelis prædicamenta dum multa præloque/
Teſtimoniũ Simplicii. *retur. quis autem colit eum quem et ipſum non noſſe, et gratũ habere cultũ*
exiſtimat? et ex ea gratia beneficium ſperet: hæc autem ipſius uerba Sim/
plicii ſunt, τέλος τοίνυν καὶ τῆς τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς φιλοσοφίας κατὰ μὲν τὸ
ἦθος ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν τελείωσις, κατὰ δὲ τὴν γνῶσιν, ἡ ἐπὶ τὴν μίαν τῶν πάν
των ἀρχὴν παραδρομή, καὶ γὰρ οἶδεν αὐτὴν ἐπιστημονικῶς καὶ ἐσεβάσθη,
καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ἀνεβόησεν οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. ideſt fere ad
uerbũ. Finis igitur huius uiri philoſophiæ, quod quidem atinet ad mores, ea
quæ ſecũdum uirtutes perfectio, quod uero pertinet ad cognitionem, eaqua

*ad unum omnium principium profectio. Ipſum.n.et ſcienter cognouit et co/
luit,claraque uoce clamauit bonum nō eſſe a multis principibus gubernari.*
Io. Alexan/dreus. *Ioānes quoq; Alexandreus cui Philopono cognomen fuit,ipſius Ariſ.uerba* Teſtimoniū Io. Alexādrei.
*interpretatus eſt,et uitam cōmendauit poſteritatis memoriæ,in qua et illud
aſſeruit,eum cōſilio pythiæ inſtitiſſe ꝓbari.Themiſtius item ex Ariſt.ſentē* Themiſtius
*tia de anima diſſerens,et in dei definitionis mentionem incidens,ꝙ de eo
non recte, in primis decernit, ſed quaſi de anima mundo iuncta, proui/
dentem nihilominus illum et homini beneficum aſſeruit.idq; ipſum ſcire in
ſecundo poſteriorum reſolutoriorum libro ſcripſerat,quis deſcriptionem ibi
eam retur eſſe non definitionem.prætereo quæ Apocrypha eius philoſophi
ſenſa ꝓhibentur in libro de pomo,ſileo quæ omnibus nota eſſe poſſunt eius*
Cicero. *citata placita in libris Ciceronis,apud quē Balbus in ſecūdo libro de natu/
ra deorū ex eius ſententia ꝓbat eſſe deos,et Balbi poſtea diſputatio in calce
tertii eius opis libri, uidetur Ciceroni ad ueritatis ſimilitudinē eſſe propē
ſior.Iis.n.dūtaxat niſi ſumus quæ Ariſtotelis eſſe,et omnibus qui eius phi/
loſophi libros adire uolent conſtare poterit,et probatiſſimi quoq; peripate/
tici ſuis cōmentariis comprobant.*

¶ *Confutantur nōnulla reſponſa,quæ dari poſſēt teſtimoniis antea pro/
latis.Itē q; refelluntur qui non uere et ex animo,ſed ficte metuq; ſacerdo
tum loqutum Ariſtotelem et Auerroem autumant.* Cap.xii.

*SED Multi fortaſſe contendent,ab Ariſt.illa quæ ſupra citaui/
mus non ex re,non ex animo dicta,ſed uulgo,ſed metu fortaſ
ſe ſacerdotum,quorum etiam formidine fugerit in chalcidē,ubi
et diē obierit.tū et afferent nōnulla eorū quæ antea citauimus
diter exponi,atq; ipſi expoſuerimus.quæ calumniæ ad præſens ꝙ et ſupra
quoquomodo repulſæ,nobis diluendæ ſunt accuratius,iiſq; reſpondendū qui
ficte nō uere locutū de ꝓuidētia dei Ariſ.autumāt.Dicturos aūt eos in pri* Obiectio.
*mis arbitror teſtimoniū id qđ primo ex Ariſt.ꝓtulimus,aſſerēdi nullā uim
obtinuiſſe.qppe qđ ab eo eius rei dubitabūdo ſit ꝓlatū, cum ſcripſit ſi quicq̃
hominibus cōcederetur a diis,conſentaneū eſſe ut ab eis foelicitas bonorum
humanorū omniū præſtabilius illis tribueretur. quoniā,ſi,ꝑticula nō firmū
et ſtabilitū,ſed ambigētē et titubantē animū indicat. cui ſentētiæ ſuffragari*
Io. Scottus. *dicēt.Io.Scottū uirū præcellentē q̃ i primo cōmētariorū in ſentētias affirma
uerit illud ipſum ab Ariſt.dubitādo ꝓlatū.Atq ſupra ſatis ꝓbauimus ſecū/* Solutio.
*do et tertio capite aſſertū id ab Ariſt.nō dubitatū,foelicitatē.ſ.diuinū eē mu
nus,eūdē q; ꝓbm cōſueſſe ſubcōdictione q̃doq; ꝓferre,qđ alioqn exploratum
comptūq; haberet,quare Scottus cū id de Ariſt.ſtatuit ad uerba,nō ad ſenſū*
S.Thomas, *cōſuetudinēq; reſpexit.præter hæc uero Thomæ authoritas nobis aptiſſime
patrocinatur.Is.n.magni iure nominis theologus,eūdē ipſum locū interpre
tās,docet Ariſ.maxime uiſum eſſe rōni cōſentaneū ut foelicitas a cā diuina
penderet,et qđ ille ſub cōdictione ꝓtulerat,ueriſſimū eſſe cōfirmauit.i.ut a
ſubſtātūs ſeꝑatis quas ille deos nūcupauit aliquid hominibus cōcedatur, ex
quadā affinitate intellectualis uirtutis,quā ipſe theologus cōueniētiā appel
lauit.Nā tam et ſi Ariſt.de rebus huiuſmodi male ſenſiſſe nōnulli ꝓborum* Alia obiectio.
et ex noſtris aliquot uoluerint,et aſſeruerint ad lunā uſq; dūtaxat deduxiſ
S.Thomas. *ſe ꝓuidentiā.id tamē cū aliis pluribus tū Aquinati Thomæ nō placuit,nec ar* Solutio.
Tho. Argent. *gentoracenſi quoq; Thomæ.rōneſq; præterea ac ſentētiæ ipſius Ariſt. et iis*

Remotio. al.ob/iectionis.

adſtipulantur et illis refragantur. Qui uero ficte locutum eum uoluerunt, respondeant quæſo, quid uerius quicꝗ ꝓferre debuit Ariſt. aut cuius gratia magis, filii, aut multitudinis imperitæ uulgi an cariſſimi amici? cõſtat autem et filio illa ipſa et amico ſuauiſſimo tradidiſſe, ut eos a uulgi opinione ſecer/neret, ut ueri participes redderet, ut uiã fœlicitatis edoceret. Aut ubi magis de diuina ꝓuidentia iure meritoq; agendũ erat, ꝗ ubi de uirtute et de fœli/citate tractabatur?

Alia itẽ obiectio

At ſi inget fortaſſe quiſpiam de ꝓuidentia dei Ariſt. diſ/ſeruiſſe metu cicutæ, qua Socrates enectus, uulgaris religionis cõtemptor ha/bitus, quã inuidiã ne Plato incurreret eius defenſor Beſſarion ipſum illum ſcribit sacra diis gentiũ et latriã quã nos aliter atq; illi ſumimus ꝑcurasſe, et ita inſiculiã quẽadmodũ Ariſt. in Macedoniã, ne Athenieñſibus occaſionem bis in philoſophiam peccandi præberet abiiſſe.

Beſſarion.

Reſponſio.

Reſpõdebimus ipſi nõ fuiſſe ab Ariſt. metu ullo deprompta de ꝓuidẽtia dei dogmata, quæ citauimus, aſ/firmabimusq; Ioã. Philopone, ſeu alio (quiſqs ille fuerit) authore eius uitæ quam citauimus, nam prædicamẽtorum expoſitio cui uita illa præpoſita eſt, Hãmonio nunc paſſim inſcribitur, quam olim uetuſto in codice Ioanni Ale/xandreo uidimus inſcriptam cui Philopono cognomen fuit, ſed certe uitam κατὰ φιλόπονον græce legimus alibi, et eius nũc quoq; publica ẽ copia iis q græce ſciunt. In ea itaq; uita proditur, Ariſtotelem non in macedoniam, ſed in chalcidẽ indeq; in macedoniã ſeceſſiſſe, unde illud ἀντάρσιας ἢ γενομένης ἐν τοῖς ἀθηναίοις ἦλθεν ὁ ἀριστοτέλης ἐν χαλκίδι, εἰρηκὼς τοῖς ἀθηναίοις ὅτι οὐκ ἐάσω ὑμᾶς δὶς εἰς φιλοσοφίαν ἁμαρτεῖν. et paruo interuallo ſubi/citur. ἐπανέρχεται δ᾽ αὖθις ὁ ἀριστοτέλης ἐν μακεδονίᾳ. ſed ſane nullo pac/to dici poteſt formidaſſe illũ, et ob id aliter ſenſiſſe ꝗ ſcripſerit de ꝓuidẽtia. neq;.n. uel nouos introduxit deos qđ ſocrati fuit imputatũ, nec pluribus diis faciẽda ſacra negauit, quare ipſi metuẽdũ eſſet ne ſocratis exẽplo, quidpiam expectaret moleſti. Sed aliæ fuerunt diſceſſus et formidinis cauſæ: refert.n.

Io. Philopõus.

De fuga Ariſto. uaria.

Diogenes Laertius Fauorinũ in omnimoda hiſtoria, ꝗ fugæ cauſam acceptã rettulerit nouo epigrãmati, qđ ſtatuæ delphicæ poſuerit, et hymno quem in hermiã ſcripſerit. Apud Suidam legitur accerſitum eũ cauſa poeanis in her/miam ſcripti, ꝓpterea q; ſumpto aconito periiſſe, tã et ſi morbo alii deceſſiſſe maluerint, Eumelus quoq; in quinto hiſtoriarũ Ariſt. annos ſeptuaginta na/tum ſumpto ueneno periiſſe uoluit, tertio et ſexageſimo ætatis anno deceſſiſſe illum ſcripſit Philoponus, et eadẽ ætate ꝑfectũ e uita ꝑdidit. Apollodorus in chronicis, ſed morbo non ueneno. His conuenit Cẽſorinus aſſeuerans ẽẽ mirũ eſſe ut Ariſt. ad annos tres et ſexaginta uitam ꝓtulerit uexatus natu/rali ſtomachi infirmitate et crebris morbidi corporis offenſionibus. ſed Iuſti/nus martyr moerore animi deceſſiſſe ob nõ cognitã Euripi cãm affirmauit in libro gentiam admonitorio quem ſuperioribus annis e græco in latinum cõuerti.

Diogenes.

Suidas.

De morte Ariſ. uaria.

Eumelus.

Philoponus.

Cẽſorinus.

Iuſtinus.

Lib Iuſtini martyris in latinum conuerſus.

Alia reſponſio.

q; ſi Ariſtotelem impietatis reum perſecutus eſſet Hierophanta, nõ id eueniſſet cauſa ueræ impietatis, quæ unius neget prouidentiam dei, quo/niam ſcilicet illam aſſeruerat, ſed ob falſi nominis impietatem, fictos cõtem/nentem deos, non in libris ſed in auribus diſcipulorum, qui eſſent rite ini/tiati. quæ potius eſt dicenda religio, qua perfidus dæmonum cultus eruitur, et damnantur lites, bella, coedes, adulteria, puerorum amores, quæ diis publi/ce in templis adſcribebantur, et ab Ariſtotele non credebantur.

Ratio cõtra ad/uerſarios.

Certe ſatius Ariſtoteli fuerat innuiſſe filio amicoq;, ſi quicꝗ indere in eorum animis uo/

luiſset iis aduerſa, quæ de prouidentia diuina decreuerat, ne uulgaris opi/
nionis ergò in mendacia dilaberentur, si mendacia exiſtimabat eſse quæ ſã
xerat. satius itẽ nõ credidisse teſtamẽto ut ſtatuæ locarentur, et soluerentur
uota, ſi nihil ea penſi putauiſset habere. Nec dici poteſt ea metu ſacerdotũ — Obonis remotio
procuraſse, quoniã reus contemptæ religionis nequiſset cõpræhendi ſi uota
nõ ſacraſset, quæ animo dũtaxat despondiſset. Vt ſileam ꝗ parum ad ſe mo
rientẽ ꝑtinere putabat quid ſacerdotes opinarẽtur, mõ publicis argumentis
ſe nõ depræhẽderent cõmunẽ ſacrorũ morẽ contẽnere adeo, ut ꝓphanus de
ceſiſse et ob id infamia notatus uideretur. Multũ autẽ pertinebat ad omnes
ueræ ipſius ſententiæ diſsimulatio, et ad propinquos maxime. Cur. n. prudẽ — Cõfirmatio ra/
tiſsimus philoſophorũ, imponere filio, decipere amicũ, uoluiſset? qđ utiq; pec/ — tionis.
caſset, ſi contrariam et aduerſam ei quã gerebat in animo ſententiam illis ꝑ
monumẽta litterarũ ſuggeſsiſset. quid hoc aliud ꝗ decipe ? circũuenire ? fal/
lere ? præſtigiari ? ꝗ patrem et amicũ exuere et ꝑfidiſsimũ hoſtẽ induere ?
Tu uero ſi obſtinate cõtenderis, Ariſt. metu ſacerdotũ et areopagi dei ꝓui/ — Obiectiõis reſp.
dẽtiã aſseruiſse. cõtra ipſe ſcilicet reſiſtam, affirmaboq; impiorũ metu quorũ
magnus eſt numerus, Ariſt. pleraq; tacuiſse de ꝓuidentia dei, alioquin man
danda chartis, ut Platonẽ hac ẽt in re uel æquaret uel ſuperaret, cuius tam
multi de ꝓuidentia ſermones præſertim rerũ quæ poſt hanc uitam putabat
eſse, ut eius cõparatione quod ea de re ſcripſit Ariſt. id omne ſit τὸ σμικρο/
λόγον, hoc eſt parcũ et imminutũ, et auarũ, ni dixerimus paruiloquentiam,
Cicero. qua tamen dictione uſus eſt Cicero, et ita græce Theodoretus appellauit de
Theodoreus. prouidẽtia dei Ariſt. τὸ σμικρολόγον et epicuri τὸ βλάσφημον, et diago
ræ τὸ ἄθεον. ꝗꝗ ille Ariſt. opera ꝗtum ad hanc rem pertinet forte non legit
certe nõ rettulit. utcũq; ſit, negari iure nõ põt, uix de deo et eius ꝓuidentia
Ariſt. ſi Platoni cõponatur quicꝗ diſseruiſse, ut alias ſcripſimus, cũ cauendũ
inde monuimus, ab impietate, quemadmodum et a ſupſtitione ſi plus nimio
platonicis excolerẽtur, inquibus uani cultus et ſacrificia, quibus Ariſt. minus
incubuit. Cæterũ ipſius Ariſt. animũ nullo pacto depræhẽdere poſsumus ni — Alia ratio.
ſi uerbis eius, ueluti ſignis et internũciis utamur, afformat. n. primo uir phi
loſophus rerum ſpeties in ſe ſe, poſt effert animi motus interprete lingua ut
Oratius. canit Oratius, ut ipſemet decernit Ariſt. in opere Perihermenias qui docuit
Ariſtoteles. uerba eſse affectuũ animi ſigna. quin imo nulla de ipſius animo controuer/
ſia, nullum de uolũtate uertitur dubium, ſed quid inſuis libris de prouiden/
tia decreuerit, quæ illius hac de re dogmata extiterint, diſputamus, colligi/
musq;, tantum ab eſse ut Ariſtoteles prouidentiam abnuerit, ut de ea quoq;
re multa poſteris monumenta reliquerit. qui uero metu antiſtitum Maome/
tanæ perfidiæ ſcripſiſse Auerroſem de prouidentia dicerent iiſdem fere poſ
ſent refelli. quando et crebro et clare de ipſa loquitur, ubi de foelicitate quã
omnes appetunt uerba facit, nec eius immemor prouidentiæ aut cum de na
tura diſserit aut cum de authore naturæ philoſophatur, nec aliunde trahi
poteſt quid ſenſerit, ꝗ ex uerbis tamꝗ indicibus animi, de quo uti diximus
non habetur queſtio, ſed de eo quod litterarum monumẽtis rettulerit ad me
moriam poſteritatis.

¶Recitantur et multipliciter diſsoluuntur rationes, quibus nonnulli dei
prouidentiam tollere conantur, et Ariſtotelis et Auerroys loca in ulti/
mo libro primæ philoſophiæ declarantur. Cap. viii.

AT Qui ſtant contra nonnulli, contendentes ab Ariſtotele nega/
tum eſſe, deum intelligere humana inferioraq;, quo ſequi ut nullo
pacto prouidentiam illorum habeat. quod autem primo loco ſum/
munt argumentis huiuſmodi probare conantur. ſi quidem affir/
mant in duodecimo primæ philoſophiæ cui metaphyſicæ nomen fecere, uo/
luiſſe Ariſt. primã mentem nihil præter ſe ipſum, nihil extra ſe intelligere,
Prima ratio ad pbãdũ aſſũptũ. idq; Auer. teſtimonio cõfirmari maxime putãt atq; hac rõne potiſſimũ, ꝙ di Auerroys.
uinus intellectus uilis efficeretur ex eis quæ intelligeret imi ordinis rebus,
utpote cuius pfectio a re uili ignobiliq; pẽderet, ex eo. n. quod intelligitur eũ
Secunda. qui intelligit perfici. Contendunt item ſequi ut eius intellectio non idem
eſſet cum ſubſtantia ſi aliud quippiam intelligeret, quo confici ut ab eo ſim/
Tertia. plicitas abdicaretur. Et pateretur aiunt præterea diuina mens, quæ pati
nullo modo poteſt quoniam manifeſtum eſt comparari intellectum eo modo
rei quæ intelligitur, ac id quod patitur ei quod agit componi ſolet, quemad/
modum ex tertio eius philoſophi libro de anima ſeſe collegiſſe memorant.
Quarta. Illud quoq; ſubinde ferunt, ex diuerſitate rerum quæ intelliguntur diuerſi/
tatem ſcientiæ prodire, quo concludi at non modo putare poſſemus eius ſim
plicitſſimam unitatem eſſe ſublatam, ſed etiam ſucceſſum intelligendi com/
Quinta. miniſci oportere. Et ſubinde corrogari uolunt non actu ſemper ſed pote/
ſtate quãdoq; ipſum intelligere, oẽm aũt uirtutẽ quæ de poteſtate ducitur ad
Probatio cõſequtionis. actum, laſſari et fatigari. Ex iis autem putant dei prouidentiam telli Ari/
ſtotelis et Auerroys teſtimonio. quoniam in ipſo primæ philoſophiæ libro ul
timo putauerint tantum abeſſe ut inferioribus prouideat ut ea etiam ipſa
Prima reſp. cõis applicata prime rõni. prorſus ignoret. Ad hæc autem facilis eſſet illa reſponſio de duplici re quæ
cognitioni obicitur, qua pleriq; theologorum utuntur, in primo commenta/
riorum in ſententias theologicas diſtinctione quinta ſupra trigeſimam, cum
de obiecto duplici diſſerunt idq; uarie. nam Thomas Aquinas in ipſo pri/ S. Thomas aquinas,
mo commentario (ꝗꝗ alibi aliter, ut propterea longum ea de re Capreo/
bonitas, et eiusmodi reliqua aduenirẽt ei, nec idẽ eſsent qd deus ipſe. quare
optimo nexu deducitur, id qd dicimus intelligere dei, ipſum eſse deum, nec
id ſolũ qd appellamus intelligere, ſed quicqd aliud ẽ in eo, quo fit ut nihil ob
aliud q̃ p ſe ipſum et ſuã eſsentiã intelligat, quã primo et p ſe cognoſcat. Idẽ
ipſe cũ aliis ut ſint cauſa putetur eſse p ſuã eſsẽtiam idq; iure et merito, fit,
ut ab eo quoq; illa ipſa cognoſcantur, ſi quidem et in cauſis inferioribus ſuos
quodãmodo effectus præfuiſse cõtemplamur. q̃to magis in prima omniũ cau/
ſa, intellectili mõ præfuerint uniuerſa ẽ quæ et ideo quoq; præcognita fuerit,
q; ſe omniũ eſse cãm pfectiſsime cognouit, cãm inq̃ pfectiſsimã omniũ, et id oẽ
pfectionis qd in aliis cauſis effectibusq; depræhenditur, in ſe ipſa claudẽtem
eminẽtiſsime. quo cõficitur ut ſi qua eſt cã quæ agens intellectu præſtet cor/
poreis actionibus, et rerũ agẽdarũ cognitionẽ habeat, multo magis id cõue
niat deo, et corporũ omniũ et mẽtium authori. qui et omnia etiã ſimul intel
ligat, nã et ipſi plura ſimul intelligeremus ſi ea poſsẽt una ſpecie mẽti præ/
ſentari. conſequitur itẽ ut diſtincte illa cognoſcat quoniã et ꝓpriã rerũ co/
gnitionẽ habet, et ipſius quoq; rerum diſtinctionis cã primaria eſt. expimur
nos q̃q̃ acutiẽtes oculis mẽtis, uno cognito plura poſse cognoſci. Si. n. ſenariũ
numerũ, uerbi cã, qui ſua unitate cõſtituitur, nõ. n. is eſt bis ter, ſed ſemel ſex
(ut inquit Ariſt.) compræhẽdat quis, diſtincte utiq; et duos ternarios et ſex Ariſtoteles.
μονάδας. quas Vitruuius uertit ſingulares, cognoſcet. et ita qui plures diſci Victruuius.
plinarũ cõcluſiones in earũ principio ſpecularetur. et qui plures lineas in cẽ
tro, et ad ipſum earũ habitudines pfecte cognoſceret, in uno plura diſtincte
percipet. tam et ſi etiã humana iſthec cognitio deo collata longiſsime poſtha
beretur, cui nullus intellectus nulla põt æquari cã, ſicuti nec ullus finis iure
ꝙ deus ĩtelligat oĩa quoniã finis eſt et exẽplar. *cõferri. Ipſe. n. et finis et bonũ qd appetũt omnia et rerũ omniũ exẽplar. ſi q*
dem pp finẽ agunt uniuerſa, non Ariſt. modo ſed rõne mõſtrante, nã omne
qd agit uel intellectu agit uel natura, qd intellectu agit in eo illud primo cõ
cipit, qd mox actione cõſequitur, et priusq̃ foris promatur effectus, eius in in/
tellectu tota similitudo præfuit, qua concitatur ad agendum. In eo uero qui
agit ſecũdum naturã, naturalis pariter effectus ſimilitudo prius extitit, qua
effectus ipſe ui et poteſtate actionis foris depromatur. liquidum hoc in igne
qui generat ignem. In plantis quarum quæq; ſimilem producit, oleam olea, fi
cus ficum, abies abietem. finem uero non quẽcũq; ſed decretum ſtatutũq;, et
ſelectum, curat adipiſci is, quẽ dicimus agere ex intellectu. quod quidẽ ex ſe
ſe manifeſtũ eſt. Sed et is pariter qui agit ſecũdum naturam id ipſum curat
quoniã ſpectamus ab eo ſui generis et ſpeciei pticularia indiuidua nõ alie/
ni atq; remoti ꝓferri ſolere. et ſi qd in huiuſcemodi rebus uel præter intellec
tũ uel præter naturã, acciderit, id totũ peccatũ et mõſtrũ cõſueuit appellari,
quoniam a fine decidit quẽ curabat intellectus, curabat natura, quæ ab illo

gubernatur. præſtitui quippe finem oportet, inquem tam hæc ꝙ illac ferctur
alioqui non magis hac ꝙ illac pergerent, nullaq; regula ſed temere et in/
cōſulto prorſus agitarētur. Quo fit ut fateri oporteat naturæ opera cum ab
exemplari quodam educantur, et infines nō promiſcuos et uarios, ſed certos
et ſtatos proficiſcantur, non caſu, nō temere, dirigi et gubernari, alioqui non
ſemp aut frequētiſsime, qđ fieri cernimus, ſed uel nūꝙ uel rariſsime illos cō
ſequerētur. Verū cum præſtituere ſibi fines nequeant ea quæ ſunt intellec
tus exptia qualia elemēta, plantæ, et huiusmodi cætera, præſtitui illis eos ip
ſos oportet fines ab aliquo, cui adſit cognitio et intellectus, unde illud uul/
gatum oē opus naturæ eē opus intelligētiæ. id uero qđ intelligit cū et ipſum
propter finē agat ut ante iam dictum eſt, ſitq; deus ſupremus omnium finis
quē appetunt omnia, in eum dirigitur. nec ſecus inde mētes omnes regūtur
a materia ſeiunctæ, ac ab ipſis mētibus reguntur inanima, imo et omnia ſi/
mul tam animis prædita, ꝙ illis indiga regūtur ab eo, qui ut totius naturæ
conditor et inſtitutor ita rector eſt et gubernator. Atq; hinc ꝓuidentia ſe ſe
Exiis quæ præ/ poſita sūt aſseri ꝓuidētiam, Primo.
clariſsime in animis nō amentium inſinuauit. et ſane qui. fieri poteſt ut quæ
ad finē quempiam ordinantur, ei ad quem potiſsimū ptinet ille finis, nō ſub
iaceant? datur hoc ipsū exēplis multifariā intueri in artibus, ad quas finis
conſideratio ptinet. eas. n. uidemus iis quæ ad finē ordinantur præcipere, et
quid agendū ſit, certis regulis præſtituere, ne ab amuſsi deuient, ne flectant
ab orbita. Sic ciuilis gubernatio cui bonum totius rei publicæ pro fine ſta/
tuitur, quod pace uel acquiritur uel ſeruatur, militari præcipit arti, cui et
bellum cōficiēdum, et paranda uictoria propter pacem. Sic equeſtri negotio
eadam ratione militaris præſcribit induſtria quid agēdum. Sic et in nauali
prælio ut præfecti uictoria paretur, quo pacto flectēda gubernacula, quo re/
mi agitandi. quo multiflexiles inhoſtilē claſsem unci et harpagones iaciēdi,
ſuæ ſunt regulæ a duce et Architecto datæ. Nec ſecus in aliis factitari om/
nibus ſpectare datur. ut hinc appareat uniuerſa quæ ad bonitatē dei uti ad
finē ſupremū ordinātur, ei ipſi ſubiacere, et ab eo regulas actionum ſuscipe,
ut in ipſum a quo defluxere referātur, quod quid aliud ꝙ ꝓuidentia eſt. præ
Secundo.
terea ſatis pſpicue cernitur eos omnes qui propter finē moliūtur quæpiam,
illis ipſis uti ad finem ipſum adipiſcēdum. quanto igitur magis deus cuius
omnia quæ cernimus et præter hæc ſubſtantias inuiſiles, quæ et ei miniſtrāt,
et ad uoluēdos orbes famulātur condidit, et ad ſe fecit, ad ſemet finē ſupre/
mum ſapiētiſsimis prouidētiæ decretis et ordinabit et diriget. Idq; eo luce/
Tertio.
bit exquiſitius, ſi conſiderauerimus quod primo mouet ſecūdis motoribus ef
ficatius eſſe, quādo ii ipſi ceſsante illo prorſus non mouerent, non mouerent
inꝙ ad finē quo duci omnia mōſtrauimus. In quem certe finem cum uergant
Quarto.
uniuerſa ſitq; in rebus ipſis tam mira diuerſitas, in unum dubio procul nō
redigerētur ordinē, niſi unus eſset totius ordinis optimus gubernator, quo
aliorum alia ſuſciperent actiones, quo aliis alia conſulerēt, quo pugnātiū ini
retur pax, quo diuulſorū coitio, quo demū ex tā difformi uarietate ūiformis
cōcordia gigneretur, et unica totius machīæ diſsultaret harmonia, motusq;
globorū coeleſtiū uagi in unū referētur ꝙ ſtata ſoliditate moueātur adeo, ut
quietem uideātur imitari. et ſane nullo pacto in materiæ neceſsitatē inferio
Obiectiōis taci/ tæ ſolutio.
res ipſi motus orbiū referri poſsūt, ſi qdē oēs eiuſdē ſunt naturæ, diſcrepātq;
nihilominus inter ſe, tāq; diuerſis reuolutionibus rotātur in Gyrū, et modo

precedunt,modo retrogradiuntur,modo, ut dicitur,iunguntur, et ſere cōcurrunt,ut niſi aliquo uno regantur, choreæ pereat neceſſe ſit ordo ſyderee,et qui ab illis pēdent motus rerum ſublunariū tumultuētur. Idq; eo liquidius cōſtare uidetur,ꝙ quæ ſuperiora ſunt,et diuiniora iudicantur, ordinem ſeruare magis appareat. In eis.n.minus tumultus ꝗ interrenis, quorū quādoq; mōſtra uiſuntur.dixi minus tumultus, quēadmodum et minus ineſſe frigoris nouimus in eis quæ magis ſunt propinqua calori, nam ꝗꝗ aliud magis alio calet,ab uno tamen igne uel caloris fonte,tam is qui in hoc,ꝗ qui in illo calor deriuatur.dixi mōſtra quoniā influxu materiei quæ diſſimilior eſt na-

Alia tacitæ obiectionis ſolutio.

turæ diuinæ ꝗ illa coeleſtia,id ipſum frequētius occurrit.Nec eſt præter prouidentiam qua conſulitur toti machinæ,ut quæ etiā quibuſdā uideantur non ſpecioſa,non utilia,ſed aduerſa,iuuent tamen quoquomodo et ad pulchritudinem faciāt uniuerſi.hinc corruptio,defectus, quæ de ſecundis cauſis uidentur emergere. neq; enim huiuſmodi cauſæ excludūtur abordine,et quæ nocere dicūtur,quibusdam aliis et eiſdem etiam ſæpenumero cōfrūt. omnibus autem in uniuerſum conſulunt,quoniam et aliarū uirium quæ alioquin torpeſcerent exercitium habētur. Sed et ſi qua uidētur deficere nec ſtatum ordinem ſequi,alia parte eūdē ipſum ſequi depræhēdemus,quoniā multa quæ futura ſperabantur contingunt nobis,et ex accidenti præter intentionē eueniunt,et raro,quæ dicūtur eueniſſe fortuna. Sed et alia caſu cōtingūt teme-

Elicitur ex ea ſolutione rō cōtra aduerſarios.

re alia et ut ille inquit temeritate ſpōtina. Ex hoc aūt ꝓuidentiā iure cauſari nequeunt uel impii,uel hebetes,uel utriq;. Sed maior piis occaſio præbetur laudandi opificem,qui uoluerit in rebus ipſis omnes gradus bonitatis impleri,cū alia ꝑ ſe,alia ex accidēti,alia neceſſario,alia (ut inqunt iuniores) cōtingēter eueniāt,et ſint naturales cauſæ,ſint uolūtariæ,ſint fortuitæ,quæ ſuos queq; pariant effectus,aliæ ſemper,aliæ frequenter,aliæ raro,hæc ab illis,illa ab aliis,præcellātur,et demū aliis alia ſint meliora,alia ꝑfectiora.quæ

Alia obiectionis ſolutio.

quibus eminent deo ſimilia magis euadunt. Nec ab illis quoq; ipſis qui intotius uniuerſi ordine eum non poſſident locum quē cupiunt,accuſandæ ſunt leges prouidentiæ. omnes enim inſublime tolli nequeunt, omnes reges eſſe non poſſunt,ſicuti nec omnia mēbra eundem locum obtinēt, eodēq; munere in ipſa corporis uniuerſitate defunguntur. Nec uas teſtaceum figuli artem culpare merito poteſt,ꝙ ſe uno magis ꝗ alio modo, quadratis anſis potius, ꝗ

Ex ea item ſolutiōe rō cōtra hoſtes ducitur.

oblongis effinxerit. Spectatur præterea decor multitudinis ob inæqualitatem et diſtinctionem numeroſiſſimam.ſpectatur et rerum natura cōmodius cui conceditur ut agat proprios motus, nec ulla neceſſitate cogatur, quo fit ut alia corumpantur generentur alia,ob innatam rebus pugnam atq; concordiam,contrariarum et ſimilium qualitatum.ꝙ ſi uerbi cauſa uis adurendi ſeiūgeretur ab igne, quo plurima afficiūtur et pereūt, tolleretur et ignis

Cōfirmatur rō.

generatio, et eius conſeruatio naturalis. Sed et aliorum quoque generatio quæ de corruptione ſuboritur quo pacto perſtaret ſi nihil omnino corrumperetur ? et ſi malignitas impiorum ex integro deleretur (ut de iis quæ intellectu agunt et uoluntate dicamus) non ne tolleretur patientia iuſtorum ? tolleretur et coeleſte præmium,quod illi iure meritoq; reſpondet ? et quis rogo uindicanti iuſtitiæ locus eſſet ſi delicta non eſſent ? quæ igitur mala cuiꝗ uidentur ſi ad totius uniuerſi referantur ordinem, ſecus ac impii faciunt iudicanda ſunt, et multo magis ſi ad ipſum totius ordinis

gubernatorem mentis oculos eleuemus,qui mali quicq̄ non permitteret fie/
ri,ni maiora inde bona ſapientiſſimus pariter et optimus et potentiſſimus
eliceret.Ceſſent igitur impii ideo cauſari prouidentiam ꝙ de libera uolun
tate multa mala procedant,quoniã ex iiſdem malis deus elicit meliora.Nec
naturæ humanæ damnent imbecillitatem,quoniam ratio quibuſcũq; aliorũ
animantiũ cõmodis præſtat non ſolum ipſa per ſe ſe, ſed ꝙ omnium ſi[illegible]e ſi/
mul prærogatiuas accerſere poteſt,et intelligẽtiæ luminis beneficio,et uario
multiformiq; manuũ miniſterio.ii quoq; qui mali noticiam accuſant aduer/
tere debent,cognitionem hominis ex boni pariterq; mali cognitione perfec/
tiorem euadere,addo et ardentiorem amorẽ,et perfectius boni ex metu ma
li deſiderium exſurgere, perfectius quoq; uniuerſum conſtitui,ex uarietate
effectuũ,uarietate cauſarũ,quæ ut deficiunt non omnia ꝑducunt neceſſario,
ſed impediuntur quãdoq;,ut effectus qui contingentes appellantur eueniãt,
adeo ad uniuerſi decorẽ cõſtituti,ut id qđ dicimus ens inter neceſſariũ et cõ/
tingens diuidatur,hoc autem proxime cauſæ tribuitur,quæ ſuos eodẽ modo
nõ ꝑmit ſemp effectus,præpedita uidelicet uel extrario agente,uel intranea
debilitate, uel indiſpoſitione materiæ patientis,quæ cũ accidunt non id pro
priæ naturæ dandum quæ ad unum decreta eſt ſemper eodẽq; modo ꝑmen
dum,ſed in uirtutem in pulchritudinem referendum uniuerſi,ut aliquando
id non conſequatur ſecunda cauſa,quod alioquin ceſſante impedimẽto conſe
queretur,ſic et eueniunt aliqua raro,non ſperata,non formidata,ſed ex ac/
cidẽti ut ſupra dicebamus quæ ꝑuidẽtiæ eo magis ſubiacẽt ꝙ ea quæ ab una
cauſa ſperabatur ab alia ꝑdeunt inſperato.Et hinc elucet ſi in cauſam unã
omnia ut conſtat referri debent,ab illa et ſuprema quæcũq; ſunt tam certa q̄
uaria pendere oportere.Noſtri uero libertas arbitrii nõ modo accuſari nõ
poteſt,ſed non laudari iure non poteſt.Si quidem magna rationalis naturæ
perfectione non ad unũ limitem adſtringitur, ſed in oppoſita et aduerſa mi
grare poteſt,et modo hunc,modo illum effectum ꝑmere, modo agere, modo
ceſſare,ut nihil neceſſariõ,ſed magna libertate moliatur,quod omnes experi
mur.Sub ꝑuidentia uero et huic ipſi libertati bene agitur,nam ea conſeruã
tur cauſæ præſertim nobiliores non euertuntur,quod maxime uoluntati ac/
cideret ſi cogeretur,quæ libera eſt,et id circo deo lõge ſimilior, qui libere cõ
didit,libere conſeruat,uniuerſa.tolleretur quoq; uolũtate coacta et laus uir
tutis humanæ et præmia iis cõſtituta qui cũ male agere poſſint bene agere
maluerũt. Quibus omnibus facile colligimus,nec ea quæ uolũtatis libertate,
nec quæ fortuna,caſu,temere,nec quæ neceſſitate naturæ dicuntur ꝑdire,pro
uidentiam effugere,et ut ſemel abſoluam.Omnes effectus qui uel uidentur,
uel cernuntur in uniuerſo, cum cauſis a quibus eueniunt, uel proximis uel
remotis,ſeu corporeis,ſeu ſpiritalibus,angelicis ue,ſubſtare decernimus pro/
uidentiæ dei,qui ſicuti unum quodq; particulare cognoſcit,ita unius cuiuſq;
particularis ordinẽ nouit et inſtituit.Et q̄q̄ unico neceſſario ſẽpiternoq; actu
qui eſt ipſemet deus,omnia nouit,non tamen omnia pariter eandem naturã
uoluit poſſidere,aut eodẽ modo effectus de ſuis cauſis ꝑdire,ſed ſemper,fre/
quenter,raro,nec omnia quoq; pari pacto adminiſtrari.Illud autem noſcen/
dum ꝙ et ſi ſub eo diuerſi et innumeri ponerentur executores, uerius q̄ ꝑ
uiſores,ab uno tamẽ omnes non ſolum eo ꝙ eẽnt,ſed eo ꝙ prouiderẽt neceſ/
ſario depẽderẽt.qui nec de ſingularibus uel noticiam uel curam habere poſ/

Remouetur alia obiectio.

Item alia.

Ex ea remotiõe ratio ducitur.

Remouetur ultima obiectio.

Elicitur ex ipſa remotiõe rõ.

Concluſio et cõfirmatio.

ſent,niſi ab eo qui illam in ſe poſſideret,ipſa traderetur.eſtq; id ſi.mmæ per/
fectionis,non magna ſolum et ſumma,ſed parua et ima curare,idq; ſimul et
unico actu. Vnde uidemus interrenis principibus,eos excellere magis qui plu
ra cognoſcunt et curant.q̄q̄ omnes plura ignorant q̃ ſciunt, ex naturæ imbo
cillitate,ex occupatione rerum maximarum, quæ mentis aciem obtundunt,
ex temporis labili fluxu et rapacitate, quæ deo non inſunt ſupra q̃ dici
aut excogitari poſſit eminētiſſimo. cuius tanta bonitas ut ſpiritalibus ſub/
ſtantiis ſecūdisq; cauſis ordinem ſuæ ꝓuidētiæ concedat exequēdum, q̄q̄ eius
uirtus omnia penetrat,et tam cauſas q̃ effectus moderatur,et omnia deniq;
minima ꝑſpicit agit et curat.Quæ ipſius quoq; et clementiam et iuſticiam iis
qui excordes amētesq; non ſunt apertiſſime patefaciunt.ut hinc etiam afflati
radiis chriſtianæ gratiæ,fortioribus argumētis aſſeruerint prouidētiam,nec
diis eā gentium tradiderint,nec cæcutiētes noxia quæpiam admiſerint,aut
ſalubria multa prætrierint.

¶Quid proprie ſit dei prouidentia. Cap.xiii.

DIximus de nomine prouidentiæ,eāq; in deo eſſe rationibus aſ/
ſeruimus. nunc quid ipſa ſit apertius declarandum, quoniam
philoſophorum dogmatibus quctuplex ea ſit,et ubi proprie lo/
canda,non conuenit, nec omnes theologi conſenſere quo modo
ſit definienda deſcribenda ue,quare de eis primo referendum,
mox quid ipſi putemus afferendum.prudentiæ partem eſſe prouidētiam ue/
tus eſt Ciceronis ſententia,quæ a theologis circūferri ſolet atque probari; et Cicero.
a Thoma præcipue in prima parte ſummæ theologiæ, cum deo aſſerit pro/ Thomas.
uidentiā cōuenire.Verū qua prudētia ipſa q̄c q̃ conſultat,et de ābiguis deli/
berat,eam minime deo tribui merito uoluit,qua uero alia infinem ordinet
prudentia,quod eius eſſe uirtutis munus,Ariſtoteles uoluit in ſexto mora/ Ariſtoteles.
lium ad Nicomachum, eatenus pertinere ad deum et prudentiam et proui
dentiam aſſeuerat.cui conſonare et illud uidetur q̄d nuper attulimus exiis
quæ ad Eudemum ſcripſit,ea uidelicet bruta dici prudentia pollere,quæ ꝓ/
priæ eorum uitæ prouiderent. Atqui Chryſippus πρόνοιαν dixit eſſe quæ Chryſippus.
πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα.i.prouidentiam eſſe quæ ad id q̄d eſt
utile unūquodq; diſponit. Zeno mūdi naturā, artificem,conſultricem,et pro Zeno.
uidam utilitatum et opportunitatum omniū exiſtimauit,eāq; ipſam et mun
di mentē et prouidētiam,ex eius philoſophi ſententia Balbus apud Cicero/
nem cēſuit.Beſſarion arbitratur bifariam Platonē de illa decreuiſſe,quem Beſſarion.
putat perſpexiſſe ipſum rerum ordinem et diſpoſitionem et principē omniū
cauſam,accepiſſeq; id totum loco prouidentiæ,et item actus officiaq; et exe/
cutionem quæ a cauſis ſecūdis mediis et ſingularibus effluunt conſideraſſe,
ac id ipſum quoq; prouidentiam appellaſſe.quo pacto et fortunam,et caſum
non ſubduxerit prouidētiæ.Voluerūt autem nōnulli a Platone ſummi pro Alii.
uidentiam hoc pacto,ut primo ſūmum deū ſpiritali corporeæq; naturæ pro
uidere cenſuerit,et ſuperiores cauſas ab eo regi et gubernari,ſecundo puta
uerit coeleſtes deos plātis et animalibus eorūq; gubernationi ſucceſſuiq; pro
ſpicere quorum etiam cauſam in coelum rettulit Ariſtoteles. Tertio curari
a dæmonibus humana.a prima tamen prouidentia eas quæ ſecūdo et tertio
loco ſtatutæ ſunt deriuaſſe,nec quātum ad hoc attinet erraſſe omnē proui/
dentiam uni acceptam dei prouidētiæ referendo,ſi uero ex infrioribus illis

cauſis quibus curari alia uoluit, quicq̃ etiam rerum particularium et mini/
marum putauerit ſummæ dei prouidentiæ detractum eſſe, longe deſipuiſſe.
S. Thomas. quare merito illum Thomas argueret in tertio contra gentes, qui etiam illũ
Gre. emiſenus ita ut retulimus ſenſiſſe putauit, quod et ante fecerat Emiſenus Gregorius.
Apuleius. Sed ante illum Apuleius de dogmate Platonis diſſerens, affirmat prouiden
tiam ſecundũ eum diuinam eſſe ſentẽtiã, conſeruatricem proſperitatis eius
cuius cauſa tale ſuſcipit officium. Mihi uero uidetur nõ eſſe facile inuenire, Auth. opinio.
quid hac de re Plato ſenſerit, nam et ſi extra omnem controuerſiam ſtatuit
apertiſſime prouidentiam, quoniam tamen de ea multifariam locutus eſt, et
eius quoq; interpretes uariæ diſſeruerunt, ideo quo illa loco ſtatui debeat
quid proprie ſit, a paucis ut arbitror liquido cognoſcitur. Volunt. n. uel oẽs Varia platõico/
uel plurimi platonicorum prouidentiam in rebus a materia ſeiunctis eſſe, rũ placita.
cui ſubſit fatum inſẽſibilibus. ſed alii inter intellectilia et intellectualia quæ
res apud Platonem in philebo confunduntur differentiam ponunt. Alii in
anima mundi collocant. Ad hæc qui ſecundum Platonem in idearum ordi/
ne collocari prouidentiam putant, ut omnes qui recte eius ſenſa percipiunt,
Plotinus. quo tamen loco ipſæ collocentur ideæ non conueniunt. Nam Plotinus Por/
Porphyrius. phyrius quoq;, et Auicẽna, nonnulliq; arabes autumarunt mẽtem unam ab
Auicẽna. æterno creatam à deo, à quo ſine intermedio nullus unq̃ alius effectus pro
dierit, ſed illa et mundi animam quam in rationalium non intellectualium
creaturarum numero primam ſtatuunt, et cætera produxerit. In ea ipſa mẽ Quorũdã error.
te multi amentes facti, exiſtimarunt illam eſſe eadem cum filio dei, quoniã
ab antiquis et eo nomine, et ſapientiæ, et primi entis, et primæ uitæ, et pri/
mi intelligibilis, et diuinæ rationis, et uerbi, nomen ſortita. At is quem dici/ Confutatio.
mus dei filium deus eſt, et eiuſdẽ cum patre ſubſtantiæ, nec creatus, ſed crea
tor omniũ. fuitq; fortaſſe opinio illa Plotini male percepta quæ Arriũ et conſec
Proclus. taneos præcipitauit. Sed de his alias fortaſſe. Proclus, Hermias, alii, Diony
Hermias. ſio et noſtris theologis hac in re ꝓpinquiores, multas mẽtes a deo ꝓductas
Dionyſius. uolunt nullo intermedio, quin et Proclus humanam etiam animam a deo
Theologi. creatam affirmauit. In prima itaq; mente quam ſolam productam a deo cõ/
Plotinus. menti ſunt, ꝓductas ideas Plotinus et alii uoluere. Proclus, Syrianus, Ame/
Proclus. lius, alii, qui multos ordines mentium inter deum et mundi animam faciũt,
Syrianus. multas etiam inter deum et ideas ponunt, quarum plenitudinem, alludens
Amelius. platonicis timæi uerbis Proclus, perſe animal nuncupauit. quod et patruus
Io. Picus. Io. Picus diligenter obſeruauit. utriq; tamen et qui in prima mente creata,
et qui in ea quæ multis ab ea gradibus diſtat, ſiue mente ſiue anima, reponũt
ideas, et quod eſt ſequens prouidentiam, eo ꝙ hæc omnia deriuant a deo, in
de quoq; deriuare prouidentiam ipſam apte uidentur. quam in deo eſſe uo
lunt (ſi dicere latine liceret) cauſaliter. Ita. n. ideas ibi collocant, ſicuti in mẽ
te ſeperata formaliter, in anima uero rationali ubi non iam ideas ſed rõnes
appellant, eſſe participatum eas habere contendunt. ita. n. loqui poſſe aduer
ſus philoſophaſtros impetrauimus. Daretur autem multis occaſio delirãdi,
qui et hinc non conſiderarent, adeo rerum omnium pendere naturam, et in
de perciperent multos (inter quos Plotinus) de prouidentia ita ſe propone
re diſputaturos, ac de mundi ipſius productione non libera ſed naturali, et
ordine inde pendenti. Pariq; pacto deſiperent qui una ex parte non aduer
terent, Platonem clariſſime dei prouidẽtiam, et paratas poenas improbis,

probis præmia decreta prædicaſſe, ex altera uero perpenderent illum ſtati
rerum ordinis mentionem feciſſe, et fatum, adraſtiam, neceſſitatem aduoca/
uiſſe, quibus præberi poſſet incitamentū putandi omnia fieri neceſſario, quā
opinionem ipſe excluſit, et poſt eum Ariſtoteles cum in ſecundo periherme/
Cōcluſio opinionis authoris. nias, tum in ſexto primæ philoſophiæ falſam demōſtrauit. Quare cum proui
dentia in ipſo idearum ordine conſiſtat platonicorum dogmate, euenit ut lo
ci earum incertitudine, et neceſſariæ cuiuſdam productionis et ordinis men
tione, ſi non incertitudo, difficultas tamen quædam circa ipſam prouidentiā
inde ſuboriatur. Sed hæc de Platone ſatis. Hāmonius autem Ariſtotelis ex/ Hāmonius.
poſitor et qui etiam Platonem ueneratur ideas apud deum collocat et pro/
uidentiam cōſtituit omnium, cum ex eius uerbis quæ ſupra nono capite nar
rauimus conſtet deum omnia quecunq; facit prius cognoſcere, et præter ea
quæ ibi duximus in mediū obiter quoq; declarat quo pacto intelligat ideas
rebus præexiſtere, ſubiecit. n. ἔστι δὲ τὸ εἶδος ἐν τῷ δημιουργῷ ὡς ἐν τῷ δακτυ
λίῳ τύπος, καὶ λέγεται τοῦτο τὸ εἶδος πρὸ τῶν πολλῶν, καὶ χωριστὸν τῆς ὕ/
λης, ē inqt aūt ſpecies uel idea in creatore ut in anulo forma, et dicitur hæc
ſpēs eſſe ante omnia et a materia ſeiuncta. Subnectitq; ſpēm hominis in ſin
Remotio obiectionis. gulis eſſe hominibus, quēadmodum quæ in ceris impreſſe formæ. q̄ ſi quis
diceret creatorem illum quem appellat, deum non eſſe, ſed eam mentem cui
et Platonici et Auicēna tribuerunt officium creandi. Reſpondemus Hāmo/
nium paulo ante dei mentionem feciſſe, tum addimus Auicēnam et Platoni
cos mēti illi quam creatricem datricemq; formarum nūcupauere, accepta om
nia non retuliſſe ſed inferiora dūtaxat, hunc autem quem dicat Hāmonius
creatorem, omnia creare confirmat. Simplicius quoq; primam ſubſtantiam
omnes tam ſenſiles q̄ intellectiles ſubſtantias conſtituiſſe ut nono etiam capi
te rettulimus aſſeruit. Sed ut cūq; de ideis Platonici pipatetici q; diſſerāt.
Theologos chriſtianos lōge præſtitiſſe Platōicis in idearū poſitione. Certe noſtri theologi, q̄q̄ de ideis diſceptant multifariam, et an una an plu
res ſint diſquirant, diuino ne an humano intellectu ſecernantur, et utrū ſub
certo numero an infinitæ cenſeri queant, item an rerum ipſarum rationes et
dici et haberi debeant, an magis nihil aliud ſint ideæ q̄ ipſæ res a deo cogni
te, ut ob tantam diſſēſionem forſitan Scotus intractatu de primo principio Scotus.
noluerit circa græcum hoc platonicumq; uocabulum immorari, in ipſo tamē
deo ſūmo ideas ſine controuerſia ſtatuūt uniuerſi. in ipſoq; deo et ꝓuidētiā
collocant, quod et ipſe feci in hymno ad trinitatem canens.

Quicquid enim perte conſurgit nouimus inte,
Duxiſſe æternam rex clementiſſime uitam.
Nec quicq̄ poſſet uitæ contingere metam/
Ni prius idea uiuens transmittier alma
Iuſſiſſes, ueluti nūq̄ uas fictile formam
Poſſediſſe poteſt, figulus ni mente reuoluens
Prompſerit externo uiſu quod poſſidet intus.

Sed et dei prouidentiam uoluntatis etiam nomine declaratam inuenimus
uti enim Seuerinus uoluit prouidentiam eſſe diuinam rationem, et diuinā Seuerinus.
rationem Auguſtinus nuncupauit ideam, ſic et uoluntatem dei qua omnia Auguſtinus.
ducantur in id quod illis cōuenit, diuinam prouidentiam Gregorius emiſe Gre. emiſenus
nus appellauit, intellectui uoluntatem adiciens. et Seuerinus Boetius pro/
uidentiam definiuit eſſe diuinam rationem in ſummo omnium principe con

S. Thomas. ſtitutam quæ cuncta diſponat.poſt eos autem probatiſſimo uir iudicio Tho/
mas aquinas,prouidentiam ſanxit proprie ad intellectum ꝑtinere,præſup/
poſita uolontate,docuitq; in rebus creatis duo eſſe conſideranda,earũ ſpẽm
abſolutam,earũq; ordinem infinem,et utriuſq; formam in deo præceſſiſſe uo
luit,et rei quidem exemplaris formam ſecundum ſpẽm ſuam ideam eſſe,rei
uero formam qua infinem ordinata eſt,eſſe prouidentiam,et proptrrea de/ Prouidẽtia qd.
creuit rationem ordinis rerum infinem prouidẽtiam in deo nominari.Sed Prima obiectio
hoc loco ut aliis pleriſq; paſſus eſt à Petro Aureolo calumniam,eo ꝙ ratio/ P. Aureoli.
nem ordinis rerum infinem,id eſſe quod in rebus prouidet deus apte con/
tenderit,prouidentiam uero non id eſſe quod prouidetur,ſed actum proui/
dentis,quare confici ut ratio ordinis rerum infinem prouidẽtia nequeat ap
pellari.prætereaq; prouidentiam uerius appellari debere actum prouiden/ Secunda.
tis,q̃ id quod eo actu mente concipitur.quare intelligentiam ipſam prouidẽ
tiæ nomine donãdam non rationem ipsam quæ dici iure debet prouiſa.Sed Solutio.
Thomæ ſectatores reſiſtunt,qui duplicem eſſe rationem ordinis rerum infi
nem aſſeuerant,aliãq; in intellectu producentis,aliam in ipſis rebus collocãt
Capreolus. ſed prima dũtaxat ratione prouideri,quam uoluit Capreolus ipſam eſſe di
uinã eſſẽtiam quæ ſit ratio rei omnis quæ adeo intelligitur. Itẽq; prouiden
tiam q̃q̃ pro actu ipſo prouidendi queat accipi,rectius tamen et exactius sũ/
mi pro forma quæ ſit producta illo actu,cui nec id nominis fuiſſet niſi ter/
minaretur ad eiuſmodi formam,quæ propriæ atq; ꝑ ſe dicatur prouidẽtia.
Si quis uero a me quæreret unde nam? et quo proficiſcitur prouidentia? q̃ recte deſcrip/
hoc eſt de agente eius cauſa et fine interrogaret.dicere poſſem a Thoma in ſerit Tho.dei p̃
ipſa definitione descriptione ue ſatisfactum, non tam cauſis intrĩneis ut uidẽtiã.
ſæpe numero fit,cum forma tantum,et materia,aut quæ loco materiæ et for
mæ ſunt explicantur,q̃ iis quæ extrinſecus habentur, hoc eſt agenti et fini,
eo.n.ꝙ dixit rationem Thomas,agentem cauſam ſubſignauit, qua proptrr
et primo citata eſt a Seuerino diuina ratio quæ diſpõit. In eo uero quod ap
pellauit ordinem uicaria quadam nomenclatura formam dedit intelligi. Ip
ſe autem res uicem materiæ poſſidẽt,finis autem clare notatus eſt. finis inq̃
ultimus.i.deus optimus aquo ut a principio primo procedunt omnia,ad quẽ
ut infinem ſupremum referuntur uniuerſa,et quæ illo ſunt capacia ni obſti/
terint eternum beantur. qua de re poſſumus facile cõſiderare, præcellentiã Præcellẽtia euã
euangelii,quo imbuti paucíſſimis uerbis de prouidentia et rectius decernũt gelii.
et certius,q̃ probatiſſimi gentium philoſophi uoluminibus innumeris. et q̃q̃
non nihil inter ſe quãdoq; luctentur noſtri, in unũ tamẽ conueniũt uireſq;
cõmunicant,ſiue ad excludendos gentium deos,quibus dabatur ab illis pro/
uidentia,ſiue ad eam in uno deo uero ſtatuendam,protendendamq; ad poe
nas et præmia uitæ futuræ. Hec aũt illi ꝑtim ignorarunt, ꝑtim excluſerunt,
partim cæcutiẽtes aſpexerunt, et quaſi per ænigmata rettulerunt,et quicũq;
ad ueritatem propinquius exiſtimati ſunt acceſſiſſe,pleriſq; admixtis errori
bus ſuperſtitionibuſq;,quod rite perceptum fuerat inquinarunt.

¶ De fato,neceſſitate,fortuna,nemeſi.æſa,parcis,adraſtia, q̃ uarie ueteres
pħi diſſeruerint,et quo pacto illa ſub ꝓuidẽtia reduci quirẽt.ibiq; de præ
uidẽtia,uocatione,prædeſtinatione,et præſciẽtia. Cap.xiiii.

QVoniam uero plurimi ex antiquis gentiũ pħis, aduocarunt,fatũ,
neceſſitatem,æſam,Adraſtiam,fortunam,nemeſim,parcas,quæ cũ

prouidentia dei uel eadem uel ab ea diuerſa eſſe protulerunt,noſtriq; theo
logi præter fatum et prouidentiam præſciētiam quoq; et uocationem et præ
deſtinationem aſciſcunt,de huiuſmodi rebus conſequenter diſſierēdum uide/

Quid pythago/ras et alii de neceſſitate,fato,cæteris, arbitrati ſint.

tur. Pythagoras itaq; ἀνάγκην .i. neceſſitatem dixit adiacere mundo,unde
fortaſſe (ut coniicio) ingētem neceſſitatē uetuſti chaos appellauit Orpheus

Orpheus croto/niata.

crotoniata ἀρχαῖς μὲν πρῶτα χάους ἀμέταςτον ἀνάγκην.parmenides ut

Parmenides.

eſt apud Theodoretum Cyri epiſcopum τὴν ἀνάγκην καὶ δαίμονα κέκληκεν

Theodoretus.

καὶ δίκην καὶ πρόνοιαν .i. neceſſitatem et dæmonem uocauit et iuſticiam uel

Heraclitus.

iudicium uel poenam,et prouidentiam.Heraclitus,Epicurus,Democritus et

Neceſſitas.

Democritus.

eius aſſeclæ neceſſitatem et fatum idem exiſtimarunt.nec tamē uidentur a

Fatum.

peripateticis admodum uariare, qui fatum ut dicturi ſummus pro natura
ſummunt,naturam autem et materiam et formam.unde antiqui qui neceſ/

Themiſtius.

ſitatem materiæ dabāt a poſteriori ætate et a Themiſtio maxime repræhēſi
cum materiæ non per ſe,ſed per formam et ſpēm aduenire neceſſitatē affir/

Chryſippus.

mauit,utpote ꝙ fine īdicto indicatur materiæ neceſſitas.At Chryſippus uo
luit fatum eſſe κίνησιν ἀΐδιον συνεχῆ καὶ τεταγμένην.i.motionem ſempiter/

Zeno.

nam continuam et ordinatam.Zeno citiæus poteſtatem materiæ motricem,
ideoq; fatum et prouidentiam et naturam non differre exiſtimauit. qui uero
illi ſucceſſere maluerunt fatum eſſe rationem quæ in mundo ipſo prouiden
tia gubernaretur,et rurſum in aliis lucubrationibus definierunt fatum ca/

Gellius.

thenam eſſe cauſarum. De Chryſippo Gellius multa diſſerit hauſta de li/
bro eius de ꝓuidentia quarto.inter quæ bona eſſe non potuiſſe ſi non eſſēt
mala,quæ mutuo aduerſoq; fulta nixu conſiſterent,morbos quoq; et debilita
tes non per ſe à natura ſed κατὰ παρακολούθησιν, fieri.fatum naturalem
eſſe omnium rerum ordinem et neceſſariam conſecutionem, nec propterea
mentium noſtrarum libertatem penitus ita cogi,ut delicta fato non homi/
num tribuantur uoluntati, quam uoluit quoquo modo poſſe impetus conſi/
liorum et mentis actiones moderari.Sed præter ea quæ apud eūdem autho

Noua quędā ex Chryſippo.

rem haberi poſſunt de Chryſippo,pleraq; legimus ipſi, ſed omnia referre
nec temporis nec loci ratio poſtulat,itaq; miſſa faciemus nōnulla et quæ ma

Oenomaus.

xime in illum ſcripſit Oenomaus cynicus, cui uiſum eſt tolli ab eo noſtri li
bertatem arbitrii. Aliqua uero etiā præter ea quæ antea ſubſignauimus no
tare par eſt,quoniam ad rem nobis propoſitam facere uidentur.ea ſunt τὴν
πεπρωμένην hoc eſt fatum terminatam eſſe et perfectam gubernationem
εἱμαρμένην uero quam etiam uertūt fatum,ſortem quādam ſiue ex dei uo
luntate,ſiue ex alia quapiam cauſa.poſuit autem inter pepromenen et Hi/
marmenen diſcrimē,utrūq; ſepatim recenſens,quæ tamē omnia fati nomine

Parcæ.

Gellius.

ſolēt et à Gellio et ab Apuleio et aliis declarari.μοῖρας uero.i.parcas a di

Tempus.

Apuleius.

uidendo et diſtribuendo uniuiq; ſua,ſic et χρόνον παρὰ τὸ χρέων. nume/

Partes.

rum uero parcarum quæ (ſi ratio nominis inſpiceretur) partes potius ap/
pellari debuiſſent,tria declarare tempora uolunt.inquibus uniuerſa uoluā

λάχεσις.

tur in Gyrum et perficiantur . et λάχεσιν quidem uocari περὶ τὸ λα/

ἄτροπος.

γχάνειν τὸ πεπρωμένον.i.ob id quod fatum ſortiatur.ἄτροπον uero quo/
niā ἄτρεπτον quaſi inuertibile dixeris et ἀμετάθετον,ut intelligatur trā/

κλωθῶ.

ſmutationi minime ſubiectum quod iam ceſſit in ſortem.κλωθῶ autē παρὰ
τὸ συγκεκλῶσθαι καὶ ξυνείρεσθαι ꝙ reuolueret ſilicet,et cōtraheret omnia.

πρόνοιαν uero uti ſupra diximus quoniam ad utilitatem unum quodq; di πρόνοια.
ſponeret .ἀδραςίαν uero eandem uocarunt, quoniam nihil eam impedit, ἀδράςια.
nihil fruſtratur, nihil ea infectũ relinquitur. tam et ſi ab adraſto nõnulli de Adraſtus.
riuauerint quoniam ei templum conſtituerit propter æſapi fluenta. hunc au
tem regem alii fuiſſe socerum Polynicis thebani, alii uetuſtiorem contende/
runt. nec defuerunt qui uoluere Oegialeum adraſti filium ibi fuiſſe necatũ
ubi adraſtiæ templũ dicarũt. eximie uero colebatur adraſtia prope Cyzicũ
Callimachus. *ut Callimachus in Hechale, et Apollonius in primo argonautico. eſt autem*
Apollonius. *Cyzicus et ciuitas et inſula nobilis in propontide, quod Strabo ſcribit, Pto/* Cyzicus.
lemæus, Plinius, Mella, Florus, et alii non parũ multi, ut Argonauticon ſcrip
Anaxagoras. *tores prætercam. cæterum Anaxagoras Democritus et plurimi ſtoicorum*
Democritus. *fortunam exiſtimarunt eſſe cauſam humanæ rationi minime manifeſtam,* Fortuna.
Stoici. *alii eam pro dea ſuſceperunt quos Philemon comicus irriſit. Plato neceſſita/* Quid Plato de
Philemon. *tem intimæo accipit pro natura informi, de cuius regno apud antiquos mul* neceſsitate, fate,
Plato. *ta, quibus et illud quod ex Orpheo ſupra citauimus conſentire poteſt. alibi* Adraſtia, et cæ/
uero eam idem cum fato uoluit eſſe, ipſum uero fatum in rebus naturali/ teris.
bus et ſenſibilibus poſuit, quod et politicus et protagoræ timæiq; dialogi cõ
monent, qq in timæo naturam de creatore pendentem fatum uidetur intel
Apuleius. *lexiſſe, qq Apuleius ex eius dogmate definit diuinam legem eſſe fatum per*
quod ineuitabiles cogitationes dei atque incepta complentur. quod alteri
quam aſſerit ex Platone ſententiæ male uidetur poſſe coniungi, ſcilicet for/
tunam et arbitrium humanum, fato a Platone ſubductam. quæ certe ne/ Nota.
queunt ſubduci ineuitabilibus dei cogitationibus legique diuinæ. Adra/
ſtiam inſublimi illa rerũ intelligibiliũ ſerie collocauit Plato, quam et legem
quoq; Adraſtiæ nuncupauit in phedro, neceſſitatem quoq; in intellectuali/
bus et matrem parcarum in libris de re publica. De Adraſtia uero Ploti/ Plotinũ non idẽ
nus in libro de prouidentia primo uidetur a Platone diſſentire, nam il/ diſſeruiſſe de
lam quam diuinarum legum ineuitabilem nuncupat poteſtatem ad homi/ Adraſtia quod
nes uſq; et adminima etiã deriuauit, eoque ſpectare inter alia uoluit. ut in Plato idẽ uero
rerũ quas cõmentus ẽ uiciſſitudine, qui in priori uita mala fecuſſet facinora, de fato,
eadẽ in alia pateretur. unde ridẽdũ illud explodẽdũq; pythagoreæ palin/
geneſiæ rettulit pertinere ad Adraſtiam, ut qui olim extinxit matrem,
natus aliquando foemina, in poſterum extingueretur a filio, et qui uitiarit
mulierem ipſe deinde mulier factus uitiaretur. Platoni uero conſenſit in
libro de prouidentia secundo, cum prouidentiæ ipſi fatum ſubiecit, nec ab
re, quandoquidem hoc in inferioribus, illam inſuperioribus poſuit. ſi qui/
dem a probatioribus platoniſtis ordo mundi ſenſibilis, et ſeries cauſarum
et effectuũ uocatur fatum. ordo uero intelligibilis mundi et idearum de qui
bus ſumus locuti ſupra, ab eiſdem dicitur prouidentia. Fortunam uero Pla/ Opiniões de for
to ipſe ξύμπτωμα φύσεως ἢ προαιρέσεως ideſt accidens naturæ uel elec/ tuna.
tionis appellauit. et etiam αἰτίαν κατὰ τὶ συμβεβηκὸς γινομένων ideſt
cauſam eorum quæ ſecundum aliquod accidens fiunt. et ei hac in pte conſen
Ariſtoteles. *ſit Ariſt. qui eam quoq; ſecundum accidens cauſam appellauit. Sed platoni/*
Proclus. *cus Proclus inexpoſitiõe timæi Dæmonicã poteſtatẽ cauſas inter ſe diuulſas*
cõgregãtẽ fortunã appellauit. nec differre eã definitionẽ a pipatetica deter
Io. Picus. *minatione putauit Io. Picus patruus inquarto cõtra Aſtrol. libro, quoniam*

inquit a Proclo remota cauſa,a peripatteticis proxima notaq; reſpicitur.Au/ Auguſtinus.
guſtinus quoq; fortuitas cauſas non eſſe nullas uoluit inquinto de ciuit.dei,
ſed latentes,nec euariat ab Anaxagoræ et Democriti et ſtoicorum plurium
Quedã opĩo de parcis.
opinione de qua actum eſt ſupra.ſunt alii qui parcas aliter ac ii quos paulo
ante rettulimus interpretantur,nam per atropon non erraticam ſphæram,
per clothõ ſeptem planetas .i. latine errones, q; (ut diximus alibi) per coeli
ſpatia iugiter errent et dilabantur, uel ut platonicus uoluit Apuleius ideo Apuleius.
errones ſtellæ q; ſuper eorum curſibus opiniones diſputatiõesq; noſtræ, poſ
ſunt intellectum in errorem inducere.per lacheſim uero res ſublunares in/
Quid d̃ fato Demoſthenes Cicero Vergilius Lucanus.
telligunt.Demoſthenes fatum et naturam eſſe idem exiſtimauit,cum fatalẽ
pro naturali morte poſuit in oratiõe de corona, dicens eos qui ſe tantum ge
nitoribus natos exiſtimant fatalem et ſuæ ſpontis mortẽ manere ὁ μὲν τοῖς Demoſthenes.
γονεῦσι νομίζων μόνον γεγενῆσθαι τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον
θάνατον περιμένει. Contra uero Cicero diſcrimẽ inter utrũq; uidetur po Cicero.
ſuiſſe in prima antoniana ſcribens,multa autem impendere uidentur præ/
ter naturam etiam præterq; fatum.Vergilius Demoſtheni conſenſit de Di/ Vergilius,
done quæ ui mortem aſciſcebat,nec eam expectabat quam tuliſſet natura,ca/
nens,nam quia nec fato debita nec morte pibat.Sed clarius in primo geor/
gicorum cum de auibus cecinit.Haud equidem credo quia ſit diuinitus illis,
ingenium,aut rerum fato prudẽtia maior.Noluit enim illis ingenium eſſe
diuinitus in præſenſione futurorum,nec prudentiam maiorem ea quæ con/
ueniret eorum naturæ.arbitratus abſurdũ haberi debere,ut hominibus bru
tæ præſtarent animantes,in reconditorum euentuum prænotione,quod gen
tes falſo putabant.decernens ipſe eas aues ex aeris qualitate dũtaxat moue
ri,et concentus edere,qua de re in tertio de rerum prænotione libro diligen
tius egimus.idem Verg.fatum etiam pro diuino decreto ſepenumero ſumpſiſſe
conſtat,aliquando uero pro re inde pendẽti,quæ tamen uerti alio poſſet,ut
pote qui fata contraria fatis cecinerit,unde illud ſolabar fatis contraria fata
rependes.et in ſeptimo heu ſtirpẽ inuiſam et fatis cõtraria noſtris fata phry
gum.et opere pcedente in perſona Turni ſunt et mea contra fata mihi fer/
ro ſceleratam excindere gentem. Lucanus autem quod et alibi quoq; notaui/ Lucanus.
mus fatum pro fortuna ſumpſit. placet alea fati alterutrum menſura caput.
Quid Ari. de fato,neceſſitate,cauſa,nemeſi, pareis, Adraſtia, et cæteris.
Ariſtoteles fatum id eſſe quod naturã omnino uidetur uoluiſſe,cũ in quin/ Ariſtoteles.
to phyſicæ auſcultationis libro eas quæ ſecundum naturam fierent genera/
tiones fatales appellarit.et eius etiam mentem aperiens Themiſtius uoluit Themiſtius.
dici ea fato euenire quæ naturalia ſunt,et inſtitutionem ordinẽq; naturæ ſe
quũtur.Ideq; Ariſtoteles in metreoris fatalia tempora nũcupauit ſtatos uol
uendorum menſium circuitus, idem uero in libro de mundo ad Alexandrũ
cum pleraq; inclyta quæ ſupra citauimus dogmata protuliſſet, de deo quem
ita eſſe in mundo putauit quemadmodum gubernator in naui,in urbe lex,
auriga in curru, dux in exercitu, poſt multa hæc inquit εἷς δὲ ὢν πολυώνυ/
μός ἐστι hoc eſt unus autem cum ſit multinomius eſt. et pleriſq; interpoſitis
ἀνάγκην.
οἶμαι δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην οὐκ ἄλλο τι λέγεσθαι πλὴν τοῦτον,hoc eſt ad/
uerbum.puto autem et neceſſitatem nihil aliud præter hunc dici, et cauſam
his uerbis ſubnexuit οἷον εἰ ἀκίνητον οὐσίαν ὄντα utpote ſubſtantiam uel
eſſentiam immobilem, quæ ſententia neotericis philoſophis adſtipularetur
contendentibus neceſſitatem et immobilitatem idem haberi , conſentiret

et Lactantio qui tam et ſi immobilem deum non dixit, eius tamen naturam
in libro de ira neceſsitatem appellauit, non naturam quæ a naſcendo, uidere
tur dici. ſed reuertamur ad Ariſtotelem qui dictam dicit εἱμαρμένην διὰ τὸ
εἴρεσθαι καὶ χωρεῖν ἀκολούθως *.i. fatum quoniã traheret et cederet conſequẽ*
ter. πεπρωμένην διὰ τὸ πεπεράτωσθαι πάντα καὶ μηδὲν ἐν τοῖς οὖσι ἄ/
πειρον εἶναι. *i. fatum item quoniã omnia terminata ſunt, et nihil eſt in enti*
bus infinitũ μοῖρας *quoq; ab eadem ratiõe deduxit qua et Chryſippum ẽt*
deduxiſse notauimus. Addit νέμεσιν ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως *.i. adi/*
ſtributione quæ unicuiq; fit, q̃q̃ in tertio libro quo de moribus diſſeruit ad
Eudemum, ſanxit nemeſim eam eſse qua quiſpiam triſtatur ob ea quæ male
præter dignitatẽ aguntur. Subditq; διὸ καὶ θεὸν οἴονται εἶναι τὴν νέμεσιν *.i.*
qua propter deum putãt eſse nemeſim, quo etiã loco eãdem eſse quæ et deus
Orpheus. *affirmauit, Orpheus itẽ illi uti deæ Hymnũ cecinit in quo et illud.* χαίρουσα
δικαίοις *et illud item* βασίλεια μεγίστη *et illud quoq;* ἐνσολαι εἰσι δίκαι
Homerus. θνητῶν. *Homerusq; propterea forte nemeſis nomine poenam ſignificauit, cũ*
apud eum in ſecundo odyſseæ libro telemachus ad Antinoum loquitur. νέ/
μεσις δέ μοι ἐξ ἀνθρώπων ἔσσεται, *et paulo poſt* νεμεσίζεσθαι *uerbo utitur*
pro eo ꝙ *eſt iraſcitur, nec item multo interuallo* νεμεσίζομαι *eius uice, quod*
Plutarchus. *eſt iraſcor, apte ſubiecit. præter hæc Plutarchus Homero et Ariſtoteli nixus*
νέμεσιν *appellauit uirtutem qua quis triſtatur cum prauis bona præter me*
ritum eueniunt, quemadmodum ἔλεος *.i. miſericordiam qua triſtamur cum*
Demetrius *probis præter dignitatem accidunt mala. Demetrius ſcepſius nemeſim dia/*
ſcepſius. *nam eſse putauit, Plinius eam latinum non habere nomen exiſtimauit. alii*
Plinius. *pro accuſatione, pro poena, pro cõtumelia poſuere. eadem et Rhamnuſia ab*
atticæ pago regionis appellata ſi pauſaniæ et aliis credimus. ut hinc etiam Locus Lucani.
non incõmode poſsit illud pharſaliæ declarari et tumidis infeſta colit quæ
Claudianus. *numina Rhamnes. eam loco fortunæ uidetur uſurpaſse Claudianus, Anti/*
Antimachus. *machus clarius eãdem adraſtiam quæ et nemeſis eſse putauit, ac ubi de ne/*
meſi canens dixit ἔστι δέ τις νέμεσις *non multo interuallo ſubdidit,* καὶ ἀδρά
Nicoſtratus. στεια καλεῖται. *eandem quoq; adraſtiam quæ et nemeſis cum alii tum Ni/*
Menander. *coſtratus et Menãder uoluere. ſed et nemeſim ſtupratã a ioue fabule ferunt*
Crates. *apud Cratem tragædiarum ſcriptorem, apud Pauſaniam, apud Hyginum.*
Alii. *Sed ut arbitror ego ledam fortaſse dederunt intelligi. quãdoquidem Firmia* Opinio auth.
Firmianus. *nus in primo aduerſus gentes quod et ſcripſimus alias, ledam, poſt mortem*
obtinuiſse nemeſis nomen affirmauit ut mittã q; nemeſi Romani ad bellũ
Politianus. *profecturi ſacrificabant. ut ſileam quæ de ea cecinit Politianus in ſylua cui*
Theætetus. *titulus mãto. et quæ Theætetus ſcriptor epigrãmatõ et alii, ne texere de ne/*
meſi uolumen uidear Ariſtotelis oblitus, qui præter nemeſim citat etiam
ἀδράστειαν ἀναπόδραστον αἰτίαν οὖσαν κατὰ φύσιν *.i. non infectam cau/*
ſam ſecundum naturam. ἀίσαν *autem* ἀεὶ οὖσαν *.i. ſemper exiſtentem. ex par*
tis uero Atropon, præterito, cõſignauit tempori, quoniam quæ ſunt præteri
ta ſunt ἄτρεπτα *quaſi dixeris inuertibilia.* λάχεσιν *aptauit futuro* κλωθὼ
præſenti. hæc Ariſtoteles decreuit. exiſtimans unum deum omnium cauſam
uti diximus uarias appellationes ob ea quæ diximus uaria conſequtum, cu/
ius etiam diuerſa nomina paulo ſupra rettulerat inter quæ illa ἑταιρεῖος
Lucianus. φίλιος ξένιος, *a Luciano poſtmodum ut cætera omnia in timone deriſa. Sed*
ratione eius partis quæ dicitur atropos et præterito tempori datur, tam ab

Ariſtotele ꝗ ab aliis, non abre fuerit conſidoreſſe eadem ratione dictum ab
Locus Orphei. Orpheo ꝙ tres ipſæ parcæ eſſent ἀμεἰάτρονοι. Cæterum Seneca ſecundo Seneca.
libro queſtionum naturalium, quod et incōmentariis noſtrorū hymnorum
diximus, putauit iouem qui cuſtos mundi eſſet, rector, et animus, dici poſſe
Quō quæ ð p̄his uaria sūt relata poſſint ad ueritatē utcūq; reduci. naturam, fatum, prouidentiam. Sed omnium eorum quæ ſupra rettulimus
authorum dogmata ad conſonantiam reduci poſſēt, et propius fieri ueritati
ſi quod in noſtra theologia ſtatutum eſt illis adderetur, hoc eſt, deo ipſi (cui
uaria nomina gentes impoſuere) omnia eſſe curæ. ad eāq; duo pertinere. pri
mum rationem ordinis quæ prouidentia dicitur, et diſpoſitio. ſecundum ordi
nis ipſius executionem, quæ gubernationis nomine ſignificatur, hoc tempo/
rarium eſſe illud æternum, ad quæ duo uniuerſa de quibus actum eſt paulo
Fatum. ante queunt reduci. fatum itaq; (ut non nihil explicemus) in rebus ſubcoele
ſtibus collocarūt antiqui philoſophi, et noſter Seuerinus fatum etiam uoluit
diſpoſitionem eſſe rebus immobilibus inhærentem, per quam ꝓuidentia ſuis
quæq; nectit ordinibus. Alii fatum immobilem prorſus cauſarum ſeriem de/
Adraſtia. creuerunt, qui ſi ad deum rettuliſſet Adraſtiæ nomine potuiſſent id ipſum
declarare, nam ut id ſubeſt diuinæ prouidentiæ, immobile dici poteſt, non ab
ſoluta quidem et exacta neceſſitate, ſed condictione, ſi deus id ipſum præui/
dit atq; ꝓuidit. quare Boetius ꝗꝗ fatum dixit mobile, illud tamē aſſeruit ab Boetius.
exordiis immobilis prouidentiæ proficiſci, qua propter miratus ſum cur Beſ Beſſarion.
ꝙ re differat fatū a ꝓuidētia. ſarion ſcripſerit quid inter fatum et prouidentiam interſit, non re ſed ratio
ne poſſe diſtingui, nam ſi fatum ut in rebus immobilibus eſt, atq; etiā uti mo
Prima ratio. bilibus ineſt ſumptum, idem non eſſe uidetur, ob differentiam rerum ipſarū
in quibus recipi dicitur, multo magis ſi prouidentiæ componatur ab ea dif/
ferre cernemus, quoniam ab ea proficiſci dicitur, et quaſi prouidentiæ quidā
effectus cenſetur, re autem non ratione tantum, effectus a cauſa ſecernitur.
Confirmatio. Adde ꝙ Beatus Thomas quem plurimum ſequi Beſſarion ſolet, fatum a ꝓ/ B. Thomas.
uidētia non ratione tantum, ſed re ipſa diſtinxit, idq; maxime in primo cō/
mentariorum in ſententias cum fatum in re creata poſuit, in deo prouiden
Obiectionis tacitæ ſolutio. tiam, cuius effectus fatum exiſtimatur. Nec obeſt Petri Aureoli ratio qua co/ P. Aureolus.
natus oſtendere fatum ideo non eſſe effectum prouidētiæ, quoniam præſcē/
tiæ ſit et habeatur effectus, nam prouidentia præſcientiam includit additq;
illi applicationem ad opus ipſum et finem, quare prouidentiæ ſubeſt fatum
ut effectus cauſæ, effectus inꝗ qui uel unus uel multiplex etiam dici poteſt,
unus ſi ad unum principium ordo ille in rebus exiſtens referatur, multiplex
ſi habeatur multarū quæ intercedunt cauſarū conſideratio, et multorū quoq;
effectuum qui ab illis ſerie dependeant. At quoniam a ſupiori cauſa fatum
χρόνος. ducunt, et χρόνον, et partes, inde ducere potuiſſent, nec ſuperſtitioſe quidem,
Partes. ſi fatum, uel pro natura, uel pro dei uoluntate ſumpſiſſent, cui ſubeſt et tem/
pus et eius partes. nam pridem exploſi ſunt qui fatali coeleſtium reuolutio/
num circuitu cuncta foedabant, quibus longe præſtāt qui naturam fatum ap/
pellarunt, et qui illud ipſum in dei quoq; uoluntatem rettulerūt, qua propter
Auguſtinus quinto de ciuitate dei libro ſanxit, eam qui fati nomine dei uo/ Auguſtinus.
luntatem uel poteſtatem appellaret ſententiam tenere debere linguam cor/
rigere. Atq; hinc obiter etiam inter fatum et prouidentiam differētia ſūmi
poſſet Thomæ aquinatis authoritate, qui uoluit ut prouidentia et intellectū S. Thomas.
et uoluntatem reſpiceret, cum fatum uolūtati dūtaxat et poteſtati cōpoſuerit

Auguſtinus,non intellectui,qui à uoluntate diſtinguitur,q̃uis ob ſimplicisſi
mam dei naturam quæcũq; in eo ſunt,unum cum eius eſ entia et habeantur
et ſint.Sed et eorum quoq; ſentẽtia mille eſt manibus exploſsa,qui fortunam

Fortuna.

Plato.

Ariſtoteles.

putarunt deum uel ea et caſu omnia fieri,nam Plato non ſolum et Ariſto-
teles fortunam cauſam ex accidẽti decreuerant eſse,ſed et noſtri quoq; theo
logi quibus etiam cõfutatum omnia fieri uel fortuna uel caſu. id quod et à
nobis iure factum probabitur.cum autem nihil ſit quod diuinam prouiden
tiam effugiat a qua et ſi ſemper eſt atq; hinc æſæ factum ſit nomen,eademq;

Aeſa.

perſeueret,tamen unicuiq; ſua diſtribuũtur. unde nemeſis nomen emerſit.

Nemeſis.

Diuerſiq; promuntur effectus quorum alii per ſe,alii ex accidenti,alii neceſ
ſario,alii ut neotericis dicitur contingenter eueniunt,ut dictum eſt et præce
dente opere latius dicendum.quare quod uni uel caſu uel fortuna quãdoq;
euenit,neutro modo alteri potuit eueniſse;quod manifeſtum ſit exemplo ꝑ-
trito in ſcholis theologorum,de ſeruis ignorantibus quid ſibi ſit occurſurũ
cum mittuntur à domino euenturæ illis rei ignaro et ſcio, quod.n.caſu illis
aut fortuna contingit,domino relatum tantum abeſt a caſu, ut præuiſum ẽt
et præmeditatum fuerit.Indeq; ſolet prudenter elici quæcũq; hic aguntur,
q̃q̃ poſsunt ad diuerſas referri cauſas,et modo naturaliter,modo caſu,modo
fortuna, facta iure dici, prouidentiæ tamen dei quam nihil aut effugit aut
effugere poteſt,ſi accepta referũtur,nihil in ea uel caſus uel fortunæ uel na-
turalis neceſsitatis reperiri,ſed placiti et uoluntatis dei,qui ſua infinita bo-
nitate libere producit,conſeruat,regit omnia,et quæ ſui capacia ſunt ſi non
obſtiterint beat.hinc prædeſtinationis et præſcientiæ diuinæ negotiũ emer
git,cum enim fœlicitas rationalis naturæ ꝓpriam eius facultatem excedat,
quandoquidem in dei uiſione conſiſtit,ad ipſum illa deo conſulente et proui
dente dirigitur.hæc autem directio,hæc perductio tranſmiſsioq;, nuncupa-
tur a noſtris prædeſtinatio,quæ uti exiſtit in deo definitur ratio ordinis ali

Prædeſtinatio.

quorum in ſalutem æternam.quemadmodum et dei prouidentia ratio eſt or
dinis rerum in finem. hinc quoq; reprobatio quid ſit capitur, cum ad proui-
dẽtiã inuniuerſũ ꝑtineat ſinere ut res quæpiã a fine deficiãt.hoc aũt ſi refe-
ratur ad homines reprobatio dicitur,quẽadmodum illa eorum directio præ

Reprobatio.

deſtinatio dicebatur.Addit autem præſcientiæ ipſi ſecundum conſiderationẽ

Præſcientia.

noſtram nonnihil, quemadmodum præuidentiæ prouidentia.Cæterum præ
deſtinatio cauſa eſt eius gratiæ quæ in præſenti uita conceditur,et eius quæ
illi reſpõdet gloriæ in futura æternaq; uita.nõ tamen culpæ cauſa uel eſt uel
habetur reprobatio,ſed et deſtitutiõis et penæ quæ culpæ ei repſondet,quã
rationalis natura libero incurrit arbitrio. Itaq; quod attinet ad res quæ re

Differẽtia inter prædeſtinationẽ et reprobationẽ quæ ſunt ptes ꝓuidentiæ.

ſpiciuntur ſeu maius ad obiecta,prædeſtinatio et reprobatio ſunt prouiden-
tiæ ptes,nam ſi prouidentia eſt ratio ordinis rerum omnium in finem,præ-
deſtinatio ratio ordinis aliquorum in ſalutem quæ finis eſt.reprobatio ꝑmiſ-
ſio ut aliqua decidant ab ipſo fine ipſaq; ſalute,ſub prouidentia,q̃tum ꝑtinet
ad res ordinatas,tam prædeſtinatio,q̃ reprobatio concluduntur. Nec modo
id ipſum tantum,quod prouidentia ſignificat,quæ ratio eſt ordinis rerũ in-
finem,non id tantum quod præuidentia et præſcientia dant intelligere,quo

Præuidentia.

rum præuidentia ad omnes pertinet,ſicuti et prænotio et præcognitio,nam

Prænotio.

cognoſcit omnia deus unico intuitu,præſcientiam uero ad dãnandos nõnulli
referunt,non modo inq̃ hæc omnia,ſed diuinam quoq; uoluntatem tam præ

Voluntas.

deſtinatio ꝙ reprobatio denotat, nam quemadmodum illa conferēdæ gratiæ et gloriæ uoluntatem includit, non ſecus reprobatio uoluntatem claudit permittendi aliquem cadere in culpam et inferēdæ pro culpa damnationis. exe

Vocatio.

cutio uero prædeſtinationis ipſius appellatur uocatio, quæ ut actiue intelligitur in deo eſt, ut paſsiue in iis qui prædeſtinantur, quemadmodum et exe

Gubernatio.

cutio prouidentiæ quæ gubernatio dicitur et in deo eſt gubernāte, ſi actiuē ſpectemus gubernationem, et in iis etiam quæ gubernantur eſſe fatemur, ſi eadem ipſa (ut aiunt) paſsiue conſideretur. Quæ res ſi priſcis illis gentium philoſophis, quos citauimus animaduerſa fuiſset, qui propius adceſſerūt ueritati illā indepti fuiſſēt, q ab ea longius aberrarūt, illi ꝓpinquius acceſiſſēt.

¶ Qđ uulgus illitteratorū inconſiderāda ꝓuidētia dei frequēter allucinatur, et quō. itē quo pacto, non difficulter poſsit illuminari. Cap. xv.

SEd quoniā uulgus ineruditum, minime capax earū quas in medium attulimus rationum, minimeq; gnarus quid ea ſignificēt, de quibus egimus a philoſophis theologiſq; diſputata, uel prouidētiam negat, uel eam quoquomodo tribuit ſecundis cauſis,

Errores uulgi.

quas non excludi diximus a diuina prouidētia. Euenit propterea frequenter, ut cum aliquid fieri uel uident, uel audiunt, ſi notum id ſit, nihil prorſus de prouidentia conſiderent, non ſecus ac belluæ facerent quæ mō compotes fiant uoti, nihil ultra rimantur, nil de cauſis aquibus illa profluunt ſolicitæ ullo modo ſunt. Si uero frequētēr id euenire ſoleat actutum idipſum in cauſas referunt peculiares. uerbi cauſa cum ſterilitas anni eos afflixerit, cū annonæ caritate laborauerint, culpam reiiciunt uel in bella quæ præceſſerunt quibus agri culti non fuerint, uel in ſiccitatem quæ meſſes aduſſerit, uel in eluuionem qua ſegetes emarcuerint. Nil ultra mētis acie tranſgreſsi, nil cauſæ bellorum noſcendæ cupidi ignorantiſsimiq; quo referenda ſit eluuio, et in

ſi.

quod ueluti principium aut cauſam, uredo et ſiccitas recurrēdo procumbat. Cum tamen adeo ſtupidi non deberent eſſe, quin uel ex ſe ipſis exploratum haberent, uel pro comperto ſummerent aliorum teſtimonio, nihil fieri ſine cauſa, nec minus uredinis, eluuionis, et bellorū cauſam aliquam eſſe oportere, ꝙ illa ipſa uel eorum aliud ſterilitatis cauſam dici. At ſi quicꝙ accidit uel rariſsime uel præter merita, id totum uel inſtabili uanæq; fortunæ, uel certo neceſſarioq; fato referunt acceptum. non magis multo gnari quid fortuna ē

Lydie terminus

quid fatum ē ꝙ quis lydiæ terminus, ꝙ quid intellexerit Pythagoras cum iu

Quaternitas pythagoræ.

rabat per τετρακτὺν. pauci tamen quibus ineſt quandoq; probitas loco diſciplinæ, in deum referenda omnia cenſent, ad cuius conſilia et ſi non penetrant uti probitate ſimul et doctrina potitis penetrare datum eſt, omnia tamen caſte ab eo fieri, iuſte mundū regi gubernariq; et credunt et prædicant.

Quō caſtigari queant.

Verum. n. uero poſſent et illi rationis lumine congenito pellere tenebras et ad diuinum lumen hauriendum præparari, cum uident uel tenula quædam indicia in rebus imis diuinæ ꝓuidentiæ. Nam ut mittam coelorum ordinō ſtatum, curſus et recurſus ſyderū, rerūq; præſenſiōes futurarū, et alia quibus Cicero cum alibi, tū in ſecundo utitur libro de natura deorum ſub. Q. L. bal Cicero.
bi perſona. ut item ſileam ꝗ Seneca multis in locis et præſertim in libro de Seneca.
mundi gubernatione, et Lactantius cum alibi tū in libro de opificio et ira Lactantius.
dei perſuaderi prouidentiam poſſe putauit. ut prateream quoq; Ariſtotelis Ariſtoteles.
teſtimonia, et efficaciores Auguſtini et poſteriorum ratiōes theologorum qui Auguſtinus.

in aſſerenda prouidentia ipſis philoſophis fuerunt,ut græce dixerim,φιλο-σοφώτεροι.haud.n.capax rerum earũ eſt uulgus,ut inq̃ miſſa faciam hæc omnia.Certe ſi ſe ipſos conſiderarent,cum rerum propriarũ curam gerũt, cum natos filios magna educant diligentia,cũ proſpiciunt ꝓpriis cõmodis, ædificant,ſerunt,metunt,grana colligunt,et reponũt in horrea,famis et hiemis memores, facile fieret ut rerum conditori hanc ipſam prouidentiam et curã excellẽtius tamẽ tribui uellẽt.idq; facilius ſi in formica curã cõdẽdi horrei nõ deeſſe animaduerterẽt. Si omni deniq; animãtiũ generi alẽdorũ curam filiorũ cõgenitam pſpicerẽt.quæ omnia illis ipſis a deo cõceſſa,monẽt omniũ mẽtes ut in opificẽ omniũ,omniũq; rectorẽ eminẽtiſſime referãtur.

Plato.
Ariſtoteles.

¶Qđ ex uulgo eruditorum alii prouidentiam negant,alii eam,uel minime,uel male conſiderant,et quare id fiat, et quo pacto poſſent ab errore facile reuocari. Cap.xvi.

AT quia nonnulli qui operam litteris nauant,dei prouidentiã uel rident uel abnuũt,iis ipſis etiã opæ pretiũ ẽ cõſulere,mõ renũtiare falſo dogmati nõ dedignẽtur.Solent eiuſmodi homines uel ex eorũ eſſe numero q libẽter adulãtur principibus quibuſdã uiris,q ita hoſtes ſunt ꝓuidentiæ ſicuti et iuſticiæ,qua uel in hac uita uel in alia dare ſcelerũ poenas nollent. uel ex iis qui ſibi ipſis hac falſa opinione conſulere putãt,ſi in animo firmauerint curæ homines nõ eſſe deo,quo magis poſſint libere,et tãq̃ impune uitiis oblectari.proptereaq; cũ tres uel quattuor dũtaxat paginas Ariſt.et Auer.legerint,ſcioli omnino uideri uolunt, et quæ illi dogmata de dei intelligentia ſtatuere in duodecimo primæ philoſophiæ lib. confeſtim adeunt,nec ea recte pcipientes maximis erroribus alios inuolnũt, id præiudicatũ habẽtes uoluiſſe Ariſtotelem quod illi malunt. Sed.n.tanta eſt ueritatis uis,ut qui obſtinate delinquere uolunt,et ſi dei ꝓuidentiã uerbis quãdoq; negant,mente tamen ſæpenumero confiteãtur, tum ſi illam admittere nolunt,uel ꝙ eius capaces non ſunt maxima ingenii tarditate,uel ꝙ ſuperbia tumidi ſecretũ aliquod dogma ſectari uolunt nec cõuenire cum bonis,ab animi tamen penetralibus excutere nequeũt cõſciẽtiam ſcelerũ, cuius angor,cruciatus,et morſus,omni ſerpentiũ dente truculẽtior. Deberẽt.n.cũ eis maxime uexantur repetere dogmata Ariſt. quæ alio ſe mõ præſentarẽt itelletui,q̃ prius,cũ nõ ita eos urgebat aculeus ille, hominũ animis maximo dei beneficio cõgenitus.Sicut.n.ex obſtinatiõe uolũtatis,intellectus nõ adeo limpide pcipit uerũ,qđ alioquin pciperẽt,nõ ſecus p ſaluberrimũ illud animi uulnus,morſu cõſciẽtiæ derelictũ, uel extirpata, uel diffracta iam ſepe malitiæ et obſtinationis,inſinuat ſe illi et ingreditur lumen,quo uerũ exq̃ſite cognoſcitur.Tũq; ſi Ariſt.liber ille ſumeretur ĩ manibus et eius uerba examinarentur iudicarẽt id arbitror uerũ eſſe qđ Thomas ſcribit in tertio cõtra gẽtes.Dũ.n.errorẽ eorũ qui ꝓuidẽtiam dei ſe ad uſq; ſingularia ꝑtendere negarẽt rõnibus pſtratũ oſtẽderet,hæc uerba ſubiecit.quã quidem opinionẽ Ariſt.imponũt licet ex uerbis eius haberi nõ poſſit,quã ſententiã et in primo quoq; cõmentariorũ in ſentẽtias poſuerat.et illud quoq; arbitror iudicarẽt uerũ eſſe qđ ſupra ex Ariſt.ipſius et Auer.teſtimonio citauimus,in eos ipſos qui fauere philoſophos illos ſibi in negãda ꝓuidẽtia putauerãt.Qui uero nõ tã negãt ſed uel nõ cõſiderant, uel cõniuẽdo ſuſpiciũt ꝓuidẽtiã,alii effectus referũt in naturã dũtaxat inferiorẽ,et ſolũ ꝓximas appellant cauſas, qđ plu

Duo falſi nominis eruditorum genera quæ ꝓuidẽtiã abnuũt.

Quõ queãt facile reſipiſcere.

Nota.

S.Thomas.

Alia q̃tuor materiale eruditorũ genera.

Primũ genus.

rimum peccant peripatetici minuti, qbus nihil recipitur quod longius re/

Secundum.

ceſsit a ſenſu. Alii ecrũ effectuũ authorẽ præcipue faciunt coelum, quo erro
re peripatetici paulo eruditiores, ſed lõge magis ducuntur diuinãtes aſtro

Tertium.

logi, et qui omnia fieri neceſsario mentiũtur. q ſi ad hominis corpus perti
nuerint euentus illi, ad corporis temperaturam confugiũt medici, qui cauſas

Quartum.

humano præſtantiores corpore non cognouerunt. Si uero ad animũ ſpecta/
rint ad humanam alii ſe conferunt. induſtriam, qui machinamentis inge/

Illorũ omnium cõis correctio.

nii, qui aſtu et uerſipelli uultu, nihil non poſse fieri comminiſcũtur. Verum
enim uero non minus hominem qui uerſatur in litteris, dedecet, unam dũ/
taxat afferre ſemper interrogãti proximam cauſam, ac eos ineruditos quos
citauimus ſupra, uel nullam, uel fortunam, cum ſæpenumero earum ali/
qua ita patrant ſenſui, ut rudi et erudito uulgo æque percipiantur, et ali/
quæ ex eorum numero ſint, quibus nõ facile at ſaltem nõ certum reſpõſum
dari poſit. Quo fit ut in illis alumni litterarum derideatur doctrina, q quicq̃
aliud præter id quod norunt omnes, promere nequeat ex penu philoſophiæ,
in iſtis dũtaxat ignoratio culpetur, ſi nullam dixerint cauſam, inconſide/
ratio ſi fortunam, quam et ſine culpa ducere immedium poterint, ſi ei uti
proximæ cauſæ ea ſolum accepta rettulerint, quæ certo et ſpectato princi/

Quo pacto pri/mũ genus libe/rari poſsit ab er/rore.

pio non deriuatur, ſed inſperato, et ut dici ſolet exaccidẽti. Ad rectam uero
duci non difficulter huiuſmodi errores poſsent ſi cauſarum ordo inconſide/
rationẽ dſciſceretur. Nam (ut de peripateticis loquar) cum herbam uident et
plantã et equũ eorũq; rimari cauſam uoluerint, non firmare animũ debent
in ſemine, nõ in ea herba aut plãta cui decidit ſemẽ, nõ in equo qui ſuũ excita
tus naturæ ſtimulo ſemẽ effuderit ad generãdũ. ſed in aeris tẽporẽ quo pro
mendæ ſoboli uacant animãtia, ſed in coelũ qd eius eſt cauſa tẽporis, ex pro/
pinquitate ſolis, cuius radiis aer afficitur, eiq; planetæ obliquo in circulo de
lati generatio potiſsimũ datur ab Ariſt. cuius dogma eſt nõ ex homine tan/ *Ariſtoteles.*
tum generari hominem, ſed ex homine et ſole. At hic nullo pacto ſiſtendus
animus, nõ ſolũ hominis cauſa, cuius anima creatur a ſolo deo, nõ deriuatur
à ſole, nã illa globo eius longe præſtãtior ẽ, et incorporea prorſus et immor
talis, ſed quoniã uires quæ generationi miniſtrãtur a ſole, mẽti à qua motus
ſolis dependet eodẽ Ariſt. Authore longe decentius tribui debẽt, et ei demũ
acceptæ referri, cuius gratia ipſa mouet orbem et rotat in Gyrum. Aſtrolo/

Quo pacto ſecũ/dum.

gos uero qui nihil uidẽtur in cauſis præter coelum agnoſcere, q̃q̃ eorum ali/
qui ſuſpicere altius conantur, nihil attinet ad præſens cõmonere, quoniam
in quinto de rerum prænotione libro eorum taxauimus errores, a Io. Pico *Lib. d. R. præ.*
patruo duodecim libris antea confutatos, qui uero neceſsitatis opinione de/ *Lib. Io. Pici*

Quo pacto ter/tium.

lirant paulo poſt reuocabuntur ad rectam. Medicis autem ubi ſanitatis et *cõt. aſtr.*
ægritudinis cauſas in humano corpore deprehenderint bene actum ad cu/
ram quam profitentur, ſi uero altius recurrere uoluerint eiſdem qui peripa
teticos decent gradibus aſcendẽdum. ubi uero quaſi a latere deriuare et mo
res hominum et euenta uoluerint, ex humorum ſcilicet uaria mixtione atq;
temperie, facillime falluntur, quoniam præponderare illi non animaduer/
tunt liberam uoluntatem, nec conſiderant mores hominum ita de corporeis
qualitatibus non poſse pendere, ſicuti nec de coeleſti afflatu poſse deriuari.
quod latius declaraui quinto de prænotione libro, cuius paulo ante memini

Galenus.

nobiſq; hac in parte Galenus adſtipulatur in ſecundo paruæ artis libro, docens initia quædam propenſioneſq; uel iræ, uel libidinis, quibus ortum à corporis temperatura facit, mores non eſse eos de quibus philoſophi diſserunt. Qui uero uolũtati ipſi et induſtriæ uolunt accepta referri quecũq; inter homines eueniunt, minus deſipiunt, non tamen ab errore prorſus immunes, quandoquidem multa præter uoluntatem, multa præter induſtriam uidemus accidere, et capi ſæpenumero uerſipelles et aſtutos homines in eis ipſis quas tetenderant pedicis. Ita diuina prouidentia exigente, ne quiſq̃ in propria prudentia confidat, ne mites, et qui ab aſtu et dolis abhorrent, paritate mentis abacta ſceleribus ſe dedant, ſi omnia iis qui bilingues duplicique animo ſunt, proſpere cedere depræhẽderint. Sic et in fortuitis rebus quẽadmodum in ſtatis et conſtantibus faciendum eſt illis, ſi ſapere uolunt, nec fugiendum ad hominem quoniam præter eius intentionem eueniunt. Nec coelum appellãdũ a quo minime fortuna pendet. Nec ſiſtendũ in fortuito plurium cauſarum concurſu, ſed animo conſcendendum, quoniam quod in imo tribuitur fortunæ, poteſt in ſublimi tribui conſilio beatæ mentis, quæ diuinæ uoluntati prouidentiæq; famuletur.

Quo pacto quartum.

¶ Duas colligi male philoſophantium opiniones, non minus inter ſeſe q̃ cum prouidentia pugnantes, alteram cauſarum omnium ordinis neceſſarii. Alteram ipſarum cauſarum concurſus temerarii. Cap. xvii.

EX Iis quæ ſupra narrauimus, tam rudis q̃ eruditi uulgi alienis a ueritate ſententiis, duæ colligi poſsunt, et inter ſe et cum prouidentia pugnantes, quibus confutandis accuratius inſiſtendum uidetur, quoniã eis præberi ſolet occaſio maxima ineruditis et prauis hominibus oblatrandi. Sed ſane illis ipſis maior multo præbebitur occaſio aſserendæ prouidentiæ bonis et eruditis, quod palam faciemus eas opiniones et late recenſentes, et ſeorſum refellentes. Quicũq; peſsime de prouidentia ſentiunt, aut illis hoc ipſum perſuadetur falſa fati et neceſsitatis opinione, qua nihil non fieri neceſsario putant, ex quo tolli caſum et fortunam tolli penitus humani libertatem arbitrii comminiſcuntur. Aut contra nil ordinis in uniuerſo ſtati et firmi cogitant eſse, nullam primam cauſam recipiunt, ſed cuncta labi temere putant, cuncta caſu reuolui, eique liberam uoluntatem noſtram ſubiacere. Nec ſolum poſterioribus ſeculis peccatur, ſed antiquitus fuere indocti nonnulli, et qui putarint regi omnia fato, quod ferè in omnium labiis perſonabat, et etiam qui dubitarint rector ne haberetur ullus uniuerſi. Vnde apud Athenagoram chriſtianum philoſophum (cuius et in libris de prænotione rerum, et in noſtrorum interpretamentis hymnorum meminimus) in legatione ad Marcum et commodum cæſares, græcus ille introducitur in hunc modũ πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντίς, εἴτε τύχα εἴτε δαίμων τὰ βρότια κραίνει. quam ſententiam ut ego puto immitatus eſt Claudianus canens.

Athenagoras phs chr.

Loc. Claudiani.

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem

Curarent ſuperi terras, et quæ ſequũtur. At n. Primæ opinionis uel authoribus, uel defenſoribus, uel utriſq;, uiſum eſt omnia fieri fato, fato inq̃ non qđ naturã ut multis placuit, ſignificat, nõ qđ dei uolũtatẽ indicat, ut pleriſq; cõſtitit, non quod ordinem cauſarum a coelo pendentiũ notat, ut aſtrologi cõ/

Fundamẽta primæ opinionis.

tendere ſolent,qui et fortuita quoq; et humana inde negotia ſuſpendunt,ſed
quo dicũt omnibus inuehi neceſsitatem ſi omnes ſimul cauſas cõſideremus,
et quoniam multa nouimus ex naturæ opibus impediri, multa experimur
proprio fieri arbitrio.illi ut hæc ipſa tollant,nugantur in operibus naturæ
quæ conſilio non agũtur,ſi quod ſpectamus impedimenti, id totum ſecutum
fuiſse neceſsario,quoniam a naturali cauſa proceſserit,quæ ſupremæ naturæ,
quam coelum eſse contendunt tandẽ refferri debeat accepta.In iis uero quæ
electione ſtatuimus,neceſsitatem eo fabulantur inferri, ꝙ nihil illa prorſus
eligat,quod ratio non præiudicarit,quare noſtra id infacultate nõ eſse. Eis
Fũdamẽta ſecũ/ uero qui ſecundam inuexerunt opinionem,ideo conuenit temere omnia fie
dæ opiniõis. ri,uel ꝙ nulla ſit cauſa qua mundus regatur et gubernetur,uel ꝙ retro pro
cedenti et primam perſcrutanti non detur inquam ultimo quieſcat animus,
quoniam antecedẽtes cauſæ ſemper inueniantur, quare quicquid euenit te/
mere id accidere atq; fortuna. fortuna inꝗ non quam Ariſt.ſecreuit a caſu,
ſed qua omnia labantur temere,et ordine nullo uoluantur et reuoluantur.
Cõfirmatio pri Conãturq; ſecũdo ſumpto inſiſtere idq; mathematica ſimilitudine deducere,
ma. ſi.n.inquiunt diuidatur continua ꝗtitas,in infinitum protenditur diuiſio,ſi
proportione geometrica ptes diſsecentur,quare non ſecus poſse de cauſis ſta
tui quibus effectus promitur ut retro cedendo.ſ.inueniri finis earũ nequeat.
Secunda, Rurſumq; aiunt ,ſi ꝗtitas diſcreta ſummatur,in ea nullus eſt finis, haud ali
Tertia. ter contendunt in cauſis poſse decerni.Atq; ut naturalis philoſophiæ nõ ni/
hil deguſtaſse uideãtur,æternam rerum generationẽ cõminiſcuntur, quare
infinitas eſse cauſas quæ generant,nec earum finẽ animo capi poſse. Adſti
Quarta. pulari huic cauſarum incertitudini,uarietatem omnifariam, quæ inſubluna
ri mundo ſpectatur.hinc plurima præter ordinẽ cauſarum conſuetum fieri,
multa præter rationem et meritum etiam impune cõmitti;hinc bella atimi/
diſsimo et inconſulto imperatore quandoq; proſpere confici,contra peritiſsi
mum ducem ſuccũbere et manu pauciore et imbecilliore proſterni. hinc item
probos doctos integerrimos egere,pelli,trucidari.ignaros,ſceleſtos, nequiſsi/
mos,diuitiis affluere,iuuari atq; deffendi.Hinc innocẽtiſsimũ uirum,alieni
nihil appetentem hoſtilibus gladiis infruſta ſecari,crudeliſsimũ tyrãnum la
tronem et ſicarium humani ſanguinis ſitibundum, ſicca morte decedere, et
proprio incubiculo in corona filiorum et amicorum ſpiritum exhalare, quo
inquiunt fieri ut exulet prouidentia; caſus et fortuna dominetur.

¶Prima opinio de omnium cauſarum neceſsitate repellitur et eius euel/
luntur fundamenta. Cap.xviii.

IAm narrauimus uanas et inter ſe aduerſas opiniones, eorũq; dei
prouidentiã ſolẽt abnuere,et qbus ẽt cõſueuerint argumẽtis mo/
ueri ſubſignauimus. Nunc et opiniones ipſas refellere, et eorum
ſubruere fundamẽta opæpretiũ ẽ. Fallũtur uero ante omnia pri
mi.nã ſi cauſæ ſecũdæ mẽtio fiat,põt ex ea uel ſemp euẽtus ſeq,uel frequẽter
uel raro,et quod dicitur ex accidẽti, unde neceſsariũ contingens atq; fortui/
tum emergit.Itaq; cum ſemper et neceſsario in operibus naturæ fieri quicꝗ
affirmant, longe deſipiunt, quoniam euentus duci alio et impediri poſsunt,
uel uitio repugnantis materiæ, uel agentis cauſæ minus potentis ꝗ ut par
ſit,ut mittam conſiderationem alterius intercidentis cauſæ potentioris.nam
quod aiunt ſi naturæ impeditur opus in cauſam naturalem quæ agat neceſ/

ſario referri debere impedimẽtum,falſum apparet.poteſt.n.id à caſu et for/
tuna quæ naturales ſunt cauſæ,nec tamen agunt neceſſario,poteſt à diuina
uoluntate manaſſe,quæ libere omnia condidit et conſeruat.cũ item inquiũt
impedimẽtum quod prouenit a cauſa naturali,prouenire a coelo quod agit
neceſſario,pari falſitate labat,quoniam caſus et fortuna nec neceſſariæ ſunt
cauſæ,nec in coelum per ſe relatæ,quæ.ſ.cauſæ naturales ſint.nam quod unũ
per ſe nõ eſt,in naturam unam,per ſe nequit referri,quæ tendat ad unum.
ſed quod caſu et fortuna dicimus fieri, unum per ſe non eſt,ſed ex accidẽti,
quandoquidem plures ad id patrandum cauſæ concurrunt.igitur non poteſt
id ipſum attribui coelo, utpote cauſæ naturali quæ ad unum tendit,quẽad/
modum et cætera quæ nõ operãtur intellectu et conſilio,ſed natura. Et præ
terea quæ dicitur impediſſe cauſa naturalis,potuit et ab illo impediendo cũ
agebat quodam alio impedimento remoueri, quo fieret ut nulla neceſſitas
inueberetur.Quod ſi dixerint impedimentũ illud quodcũq; tãdem ponatur, Reſponſio,
eſſe naturale,atq; ob id neceſſario,quẽadmodum et naturaliter,aut impedi
ri aut non impediri quoniam cauſarum ſeries eſt neceſſaria. Reuinci omni/ Confutatio.
Io. Picus. no poſſũt eis ipſis quibus in queſtione ſimili uſus eſt Io. Picus patruus agẽs
aduerſus aſtrologos.Nãq; aut mundum æternum fatebuntur, aut à deo libe
re conditum ut ipſi credimus.quod malint accipiant,et tolletur neceſſitas.ſi
primum reſponderint dicam recurrere eos retro oportere ex contingente
cauſa incontingentem,inter quas ſit accidentalis ordo,nec unam cauſam ne
ceſſariam et naturalem et coeleſtem inuenturos,quæ omnibus inferat neceſ/
ſitatem.contingentes quippe afferam ſub ea cauſa multiplices effectus, quos
ipſi neceſſarios autumatis, idq; probabilius uidetur,quoniam et repugnan/
tia materiæ,et inferiorum concurſus cauſarum, coeleſtis actionis opera fru/
ſtrari ſæpenumero conſpicimus.quare non inde pẽdent illa neceſſario. Si ue
ro ſecũdum dixerint uincemus,nam deuenient illi remeando et percenſen/
do cauſas ad contingentem et liberam rerum inſtitutionem,ex qua nõ infe/
retur,ſed plane tolletur et abdicabitur neceſſitas, quæ ſi rebus aliis non in
erit,multo minus in noſtra uoluntate.Nam et ſi ordinem cauſarum et ſeriẽ
a diuina uoluntate deducamus,non ſolum non facimus præiudicium noſtræ
uoluntati,ſed eius etiam libertatem aſſerimus.Numeramur enim et ſumus
ipſi inter has cauſas,nec patimur tantum,ſed etiam agimus. Quare ex ipſa
rerum ſerie cõfirmatur libertas,quæ ſi tolletur et ea tolletur neceſſario quã
contra nos iactant ſeries et ordo cauſarum.Inde fit ut ſi a prouidentia dei
hoc eſt ab eius mente omnia præcognoſcente res deriuauerint noſtras,ut de
riuandæ ſunt,utiq; libere faciemus eas,quoniam libere nos facturos deus an
te præuidit. Si a uolũtate dei omnia diſponente pariter eas deduxerint,li/
bere pariter faciemus eas,quoniã uoluit nos eſſe liberos,et quæ ſunt in no/
bis libere producere.Quare ſi erit quod deus præuidit, quod deus abſolute
uoluit,noſtra uoluntas erit libera,et noſtra pariter opera quæ de illa proce
dunt libera iudicabuntur,quoniam ita eſſe et præuidit deus et uoluit. huc
Exẽpli Auer. ſpectare illud poteſt exẽplum Auerroys de arte principali quæ ſub ſe alias
contineat,qua de re actum ſupra. poteſt et illud non difficulter adduci quod
Plutarchus. Plutarchus affirmat.i.poſt Homerum probatiſſimos philoſophorum Plato/
nem Ariſtotelem et Theophraſtum non omnia ſecundum fatum fieri decre
uiſſe,ſed in homine liberum quiddam et uoluntarium reliquiſſe.

¶ Confutatio ſecundæ opinionis de temerario cauſarũ concurſu. Cap. xixi.

R Eſtat ut ſecundam opinionem quæ cauſarum aſſerit incertitudi
nem, et temere fieri omnia mentitur explodamus. falluntur eius
authores multifariam, nec ullo pacto queunt eis ſuffragari quæ
ipſi moliuntur, quod tum manifeſtum fiet cum oſtenderimus mũ
dum ab aliqua gubernari cauſa, quæ nõ fide ſolum, ſed ratione quoq; depræ
Auth. bendi poſsit inueſtiganti. Itaq; ſi qui nulla certa cauſa mundum gubernari
Ratiocinatio cõ contendunt. Interrogentur, ulla ne cauſa omnino aut eorum menti aut ſen
tra op. aduerſ. ſui pateat, quæcũq; illa ſit e ſi nullam dicant, tam ſunt amentes et excoculati
ut pudor ſit cum illis diſputare, quandoquidem ipſi nõ norunt aliquarum
actionum et operum ſe cauſam eſſe. Si aliquam reſpondeãt, aut primam illã
eſſe cauſam, quam aſsignauerint dicere illos oportet, aut eam ipſam alicuius
effectum cauſæ fateri, quandoquidem nihil ſui ipſius cauſa uel eſt uel habe
re. Si primam cauſam, ferunt contra ſe ipſos ſententiam, qui nullam eſſe cer
tam cauſam affirmauerant. Si effectum dixerint, de illius cauſa percunctabi
mur, qua reddita, eadem utemur interrogatione, et ſi non eodem ipſi uolue
rint uti reſponſo, eadem abſurda dicent quæ aduerſus ipſos deduximus. Si
uero eodem uti uoluerint, iterum de cauſa interrogabimus, quo addum ne
Reſponſio. ceſſe fuerit unam aſsignari primam atq; ſupremã. quod ſi forte dixerint in
infinitum procedi in multitudine uarietateq; cauſarũ, nec ullam haberi ſta
tam et firmam quæ mundum conſeruet regat et adminiſtret, et cauſarã quæ
nobis cognitæ ſunt atq; perſpectæ cauſa et ſit et habeatur, dubio procul reſel
Confutatio. lentur. Aut.n. huiuſmodi quæcũq; illæ ſint cauſæ, per ſe, aut ſecũdum accidẽs
Per ſe cauſa. dicentur eſſe, per ſe cauſam dicimus eam quæ ui ſua promit effectum, quẽad
modum homo q hominem generat, equus equum, ignis ignem, ſubdiuidũtur
Cauſa p ſe du autem huiuſmodi per ſe cauſæ, nam aliæ ſunt quæ deinceps ſe conſequuntur
plex. et ordinãtur, ut neotericis dici ſolet eſſentialiter, ita q actio ſecũdæ cauſæ, tã
Ordo cãrũ ſecũ ab actione primæ dependeat, ut ſine auxilio actione et influxu primæ ſecun
dũ eſſẽtiam. da non agat, ſed omnes ſimul, q̃q̃ prima perfectius. quẽadmodum accidit in
homine quem et ſol generat et homo qui eius generationis cauſa non habe
retur, niſi ſol moueretur in orbem et generaret, hoc eſt corporeæ hominis
Ordo cauſarũ ſe actioni uigorem elargiretur. Sunt aliæ quæ non eodem ordine deriuantur
cũdũ accidẽs ab aliis, quemadmodum mens cuiuſpiam hominis et actio, ab alterius mente
et actione non pendet, quod et de corporibus etiam patet. nam quiſquis ge
nerare poteſt defuncto patre, cuius generatione conceptus eſt et in lucem edi
Cauſa ſecũdum tus. At ea quæ ſecundum accidens appellatur cauſa, ea eſt quæ per ſe non p
accidens. mit effectum, quare quicq̃ a cauſa ſecundum accidens iam dicitur eſſe cum põ
det ab eo quod coniungitur cauſæ per ſe, quemadmodum ab Ariſtotele ſcri
bitur, quo pacto dicimus album calefacere, quoniã ei q calefacit contigit albũ
eſſe, effectus item qui præter intentionem occurrit ſecundum accidens uocã
tur, ita quæ caſu et fortuna fiunt appellantur ab Ariſtotele in ſecundo libro
phyſicæ auſcultationis, et in octauo eius operis libro nuncupatur is effectus
ex accidenti, qui ab eo pmitur quo remouentur impedimenta. Igitur ſi quas
uoluerint cauſas aſsignare philoſophaſtri ut prouidentiam tollant, aut eas
quæ per ſe, aut quæ per accidẽs eſſe cẽſentur aſsignauerint neceſſe eſt. (neq;
Cauſa p aliud. enim alias eſt reperiri) niſi fortaſſe quiſpiam cauſam per aliud inuexerit
ſeiunctam ab ea quæ eſt per accidens, quoniam legerit apud Themiſtium in Themiſtius.

quarto phyſicorum libro aliter capi uerbum per aliud, ꝙ̃ uerbum per acci/
dens. Sed idem ille ab eodem philoſopho diſcere potuerat, eo loci non diſpeſci
ea niſi quomodo ſpẽs à genere. Ideoq; ab Ariſtotele alterum pro altero ſũi
mi, et eodem libro paulo ante per accidẽs, eſſe per aliud affirmari. in primo
uero poſteriorum reſolutoriorum libro prædicationem per aliud atq; p acci — Per aliud.
dens promiſcue promi, et aduerſus eam quæ per ſe uocatur dirimi. quare ſi
uerbũ p aliud afferatur, uel ei aduerſum ex integro non erit, quod per acci
dens appellauimus, ſed uti ſpẽs et genus, atq; ab Ariſtotele alterũ pro alte
ro ſumetur, uel idẽ prorſus erit cum eo, nulloq; modo conueniet cum illo, qđ
per ſe nuncupauimus. Nec item uerbum, per partem, allaturum interpre/ — Per partem.
Themiſtius. — lationẽ arbitror, tum ꝙ Themiſtio etiam authore et ei quod eſt per accidens
quandoq; conuenit, et ſub eo quod per aliud dicitur claudi ſolet, Tum ꝙ ad
totum ſtatim refertur, de quo reſtat quærendum, an per ſe an per accidẽs in/
telligatur eſſe. Alterũ igitur propoſitæ diuiſionis mẽbrum capiant oportet.
Itaq; ſi eas quibus ex accidenti nomen cõſtitutum eſt ſuſceperint cauſas, fate — Inſiſtitur cõfuta
ri illos oportet, unam earum dari certam atq; cõſtãtem, à qua dependeant — tioni multiplici.
cæteræ, ſi. n. alicui nomen eſt cauſæ per accidens eo quod coniungitur cauſæ
per ſe, utiq; ipſam per ſe cauſam prius neceſſe eſt eſſe, alioquin ei nullo pac/
to illa poſſet adiungi, et ſi eo cognomine quicꝙ̃ pollet quod præter intentio/
nem agẽtis eueniat, intẽtionẽ ipſam agẽtis præſtitui oportere manifeſtũ eſt.
Nec ſecus de eo qui remouet impedimẽtum et de illo quod ex accidenti no
menclaturam ſortiri contingat decernẽdum eſt. quo fit ut quodcũq; per acci/
dens appelletur, ad id quod per ſe eſt, reduci oporteat. quod ſi hoc ipſum qđ
per ſe dicimus accipere maluerint multo magis cõſtitui cauſam unam fuerit
neceſſarium. Si. n. cauſæ illæ per ſe quidem, ſed non deinceps aliorũq; ſub or
dine cenſebuntur, dari ab eis et concedi præter ordinem illum accidentalem
quicꝙ̃ aliud erit neceſſariũ, quod illorũ ſit cauſa per ſe. quare nec infinitudo
cauſarum ex accidenti oberit, quin una ſit per ſe cauſa cuius uirtute et pote
ſtate regatur mundus uniuerſus, etiam ſi illæ quæ dicuntur ex accidenti et
numeroſiſſimæ et infinitæ cenſerentur. quanto facilius erit unam inueniri
in eis quæ deinceps ſunt, et aliis aliæ eo ſubiciuntur et collocãtur ordine, qui
nuncupatur a neotericis eſſentialis, in quo nullo pacto procederetur in infi/
nitum, ſed ad unam quæ ſit aliorũ omnium cauſa neceſſario perueniretur.
Aut. n. motu illæ agent, aut motu ſemotæ abiunctæq; dicentur, ſi motu nũꝙ̃
profecto eius erit finis motus, quoniam quod primo mouet ante mouet, ꝙ̃ ter
tium moueatur a ſecundo, et cũ agentes cauſæ (ut uolunt) ſint infinitæ nũꝙ̃
ceſſabit actio, et quod eſt ſequens nũꝙ̃ terminum motus accipiet. Cæterũ uel
huiuſmodi cauſarum quæ nũcupantur infinitæ, aliqua pars ita mouet ut nõ
moueatur, quod ſi dixerint periit eorum opinio, concedentibus ipſis dari ex
eo numero aliquas unde cæterarũ effluat motus, uel mouent quidem omnes
ita tamen ut ſuſcipiant motum ad unius ſimilitudinem, qui et moueat et mo
ueatur. quod ſi dixerint continuo dari unum qui non moueatur et moueat
oportebit. Nam ſi mouetur, poteſtate non actu eſt, nil autem ad actum ex
poteſtate duci poteſt, niſi per id quod actu eſt, ut uoluit Ariſtoteles libro no/
Ariſtoteles. — no primæ philoſophiæ. Repugnat itẽ hæc opinio Ariſtoteleo dogmati et in
tertio phyſicæ auſcultationis, et in primo de coelo, quoniam ſi infinitæ agũt
cauſæ una ſub alia, infinitæ cõſequẽtur actiones, quod ille nullo pacto uoluit

admitti.ꝙ ſi etiam ſeiunctas a motu cauſas appellarint, ille idem author ſe/
cundæ phyſicæ auſcultationis libro, adſtipulante Auicēna in octauo primæ — Ariſtoteles.
philoſophiæ, negabit quicq̃ omnino prouenire poſſe ex hoc ordine ut ipſi di — Auicēna.
cunt eſſentiali cauſarum quæ ſint infinitæ. nam ſi ultima promere nequeat
effectum niſi mediæ et antecedentes pariter id promant, et hæc pari ratiōe
nequeat niſi primæ adiumēto, illud ſequetur, ut cum prima non ſit, alioquin
infinitæ non eſſent, nullus omnino producatur effectus. Demũ ſi eo ordine
collocarentur cauſæ, aut prima daretur quod ipſos negare oportet, ſi perſtare
in dogmate uelint, aut unam eſſe alia priorem fatebuntur. quod ſi dixerint
eodem recident, ut primam confiteri, proprioq; dogmati contradicere cogan
Prius quid. — *tur. id.n. alio prius eſt Ariſtotele authore in quinto primæ philoſophiæ, qđ* — Ariſtoteles.
propinquius eſt primo, in cauſis autem infinitis nulla eſt prima, ergo nulla
prior illi proxima, nulla prior, ergo nullus eſt ordo quē dicitis eſſentialem,
in quo unam alia priorem eſſe neceſſe eſt, quare conficitur in huiuſmodi cau
ſis nullo pacto procedi ad infinitum, ſed unam ſtatui oportere primam a
qua omnes ſerie deducantur et pendeant.

¶ Diſſoluūtur rationes ſecundæ opinionis iam confutatæ. Item agitur cō
tra aduerſarios. Item operis Epilogus. Cap.xx.

EX IIS Quæ diximus liquido cognoſcitur id quod iactabant ho/
ſtes ueritatis, uel nullā eſſe cauſam qua regatur mūdus uel pror/
ſus incertam, falſum et explodendum eſſe. Nunc facile poſſunt ea
Fundamētorum ſubuerſio. — *quibus mouebantur argumenta reſcindi. ordo enim cauſarum om*
nium non idem eſt, nam aliæ ſemper, aliæ raro, aliæ frequenter ſuos promūt
effectus, idq; a libera dei uoluntate ſortiūtur, quæ una eſt et certa omniū cau
ſa. quare non eſt opus ut accidentalem cauſarum omniū ordinē eūdēq; infini
tum iactitent, ſed nec ſtatum dependentēq; et quem dicant eſſentialem cō/
Solutio primæ cōfirmatiōis. — *miniſcantur eſſe ſine fine. Et ſane quam attulerant de q̃titate continua ſimi*
litudo, non quadrat, cum ſectio fieri poſſit inqualibet parte, nec in ipſo ordi
ne partium poſterior pēdeat a prima, eo qui eſſentialis dicitur ordine. Mul
Solutio ſecūdæ. — *titudo quoq; numerorum eo dicitur Infinita, quod poteſtas ineſt illis ut ſem/*
per augeantur additis (ut inquiunt) unitatibus. Actu autem non poteſtate
ſint illæ cauſæ oportet quas infinitas eſſe mentiebantur, et ordine quem uo/
Solutio tertiæ. — *cant eſſentialem cōnecti. Nec etiam ſi generatio poneretur æterna quicq̃ lu*
crarentur, eorū.n. qui generantur hominū accidentalis ordo et eſſet et habe
Solutio quartæ copioſa. — *retur. Sed nec uarietas eis ſuffragatur euentuum, nec ea quæ raro aut præ*
ter meritum euenire ſpectantur eorū uanitati poſſunt adſtipulari. nam ua
rietas illa in deū primam cauſam libere diuerſas rerum ſpecies diuerſoſq;
bonitatis gradus producentem referri debet, ut ſupra late declarauimus. eo
rum uero quæ præter meritum et fas contingere contēplatur hominū mul/
titudo, multiplices poſſūt aſſignari cauſæ, quæ tamen uni omnes primæ atq;
ſupremæ.i. ipſius dei prouidentiæ ferantur acceptæ, nam et ſi proximæ eorū
cauſæ mentio fiat, tum uel fortunæ, ſi fortuna eo modo quo intellexit Ariſt. — Ariſtoteles.
ſumatur, poterit effectus adſcribi, ut fortiſſimus imperator imperatoria uir
tute non polleat, Nam et ſcribit ſeptimo epiſtolarum libro Cicero ad Ma/ — Cicero de Pō peio.
rium de Pompeio, ex illo tempore uir ille ſummus nullus impator fuit. Cæ/
terum poterit eodē quoq; illud referri, ut numeroſiſſimus exercitus ſub for/
tiſſimo duce, a parua militum manu, cui præſit imbellis imperator, fundatur,

atq; fugetur.poſſunt.n.pleraq; incidere quæ fruſtrentur conſilium optimi im
Iulius Cæſar. peratoris,atq; ob id a Iulio Cæſare dictum exiſtimo, fortunam cũ in omni
alia re,tum in bellis plurimũ dominari,fortunam inq̃ non deam,non natu/
ram aliquam,ſed euentum præter intentionem,ex plurium coagmentatione
Ariſtoteles. cõcurſuq; cauſarũ,quod Ariſt.in phyſicis de fortuna diſſerenti conſonat, ſed Locus Ariſto.in
aptius multo cum de moribus ad Eudemũ ſeptimo libro diſſereret.ibi.n.de ſeptimo ad Eu/
bona fortuna de qua itidem in ſecundo magnorum moraliũ diſſeruerat uer demum.
ba faciens affirmauit, ubi eſt ars ibi multum ineſſe fortunæ, ſubiciens illud
ὅιον ἐν ϛρατηγίᾳ ϗ κυβερνητικῇ quẽadmodum inquit in militari et nautica,
poteſt etiam idem euentus quem appellarint fortuitum in ſuperiorem mẽtem
Prophetæ. redigi,unde non ſolũ apud Prophetas legimus angelos præſidentes natio/
Auguſtinus. nibus,et apud Aug.poſſe cauſas fortuitas latẽteſq; in quorũlibet ſpirituũ uo
luntatem referri.ſed in platonis et platonicorũ monumentis locales dii citã
Proclus. tur qui regnis,urbibus,et hominibus præſint,et Proclo etiam ut rettulimus
Ariſtoteles. placuit,poteſtati demonicæ fortunã tribui,quin et apud Ariſtotelem non ſo
lũ in quinto primæ philoſophiæ demoniorũ mẽtio,quibus platonicorũ more
querit ipſe adſcribere fortuita. Sed et in iis quæ pierunt ipſius authoris uo
Iſid.antiqor. luminibus locales quoq; dii ſi Iſidoro antiqori et Clemẽti ſtamus, adcerſun
Clemens. tur.poteſt item in malum uel animi uel corporis affectum referri quo præ/
ter ſolitum uexatus imperator non ſibi conſtet,nec eo ductet ordine milites
quo conſueuit uictoria parari,ſed omnia faciat præpoſtere omnia timide. po
teſt etiam uel odio eius cui pareat regis,uel auro, aut donis hoſtilibus, aut
alia quapiam de cauſa uincere nolle.quæ omnia tamẽ uel iuſſu dei,uel per/
miſſu fiunt,qui prudentiam illi abſtulerit,uel ob propria eius,uel ob regis
uel ob militum ſcelera,uel alia de cauſa,ſemper iuſta,q̃q̃ ſemper illius nobis
iuſtitia non pateat.Itaq; non ſecus in aduerſis ac in proſperis euentibus ho
minum eſt,ut et quæ fortuna,et quæ naturæ qualitate,et quæ libera electiõe,
et quæ ſuperiorũ mentium miniſterio fiunt,ad prouidentiam diuinam refe
rãtur.cui pariter acceptũ referri debet,cur ꝓbi q̃doq; et eruditi algeãt,igna Cur ꝓbi q̃doq;
ri atq; ſcleſti uehantur conſpicui,condemnẽtur et trucidentur innocentes,ſi patiãtur aduer/
carii atq; latrones ſine cæde moriantur.Illos.n.qui bene agunt et patiũtur ſa improbi ꝓſpa
aduerſa,uel ut eorum minima delicta purgentur, deus affligit in hac uita, cõſequãtur.
Ioãnes apoſt. ut nil reſtet impuri,quin ſtatim admittantur ad eam patriã in qua (ut Ioã/
nes ait) nihil coinquinatum introibit.aut ſi purgatione non egent maiore
certe premio non egere non poſſunt, quo potiuntur qui ſanctiſſime inno/
centiſſimeq; uiuentes,æquo animo aduerſa pertulerint,et mortem etiã op/
Plotinus. petierint a tyrãnis inflictam,ut hinc Plotino prorſus non accedam,qui cum
duobus libris pleraq; de ꝓuidentia diſſeruiſſet,ſcripſerit nihilominus pau/
pertatem et morbum bonis uiris nihil habere momenti,eſſe uero malis uti/
lia,ſed eius tamẽ ſenſum uel intelligere exactius uel interpretari poſſumus,
ut per illud nihil habere momẽti,nil nocere, nil afferre noxii percipiamus,
ut ipſe poſtea procedento opere ſubſignat,ſcribẽs nec malo bonum accidere,
nec bono contingere malũ.Sed certe minus perfecte diſſeruit, nam affirma/
mus ipſi ex incõmodis aduerſiſq; caſibus,multos et cõmodos et proſpos euẽ
tus percipi a uiris bonis,et multa eis idcirco deũ perenniter elargiri.Con/
tra uero tyrãnis qui honoribus cumulari et diuitiis affluere præter meritũ
uidentur.Suntq; quaſi diuinæ iuſtitiæ lictores in hac mundana re publica,

non nihil mercedis impẽdit deus, ut ſi quicq̃ boni fecerint præmium in hac
uita poſſideant, in alia de facinoribus atque ſceleribus apud lictores Dæ/
mones ſupplicia ſempiterna daturi. quorum multi etiam priuſq̃ mortali ui/
ta decedant, ne iis qui mentis oculos non habent, prouidentiæ denegandæ
præbeatur occaſio poenas pendunt, aut immiſſa diuinitus peſtilentia, aut
bello, aut alia clade, qui (et ſi potẽtiores appareant) reſiſtere nequeunt. ex/
pectat autem pientiſſimus deus uel ut eos immanium ſcelerum poeniteat,
uel ut ipſis ſceleribus ad ſummum congregatis illos atrocius puniat in alio
rum exemplum. Sic Abraamo terram promiſſionis ita ex re appellatam Abraamus.
ſe dixit tum non daturum, quoniam impletæ nondum eſſent iniquitates
ãmoreorum, quibus impletis, et terra illa ab eius poſteris in poteſtatem re/
cepta eſt, et habitatores atrociſſime uexati peremptique fuerunt. Hieremias Hieremias.
quoq; propheta cum dixiſſet ad deum iuſtus quidem es domine ſi diſpu/
tem tecum, uerum tamen iuſta loquar ad te, quare uia impiorum proſpera/
tur & bene eſt omnibus qui præuaricantur et inique agunt & non multo poſt
adiecit, Congrega eos quaſi gregem ad uictimam et ſanctifica eos indie oc/
ciſionis. et præter hæc, huiuſmodi ſententiæ mille de ſacris litteris colligen/
tur. quibus appareat cur premantur probi, Cur ſubleuentur improbi. Cur
Aug. ſentẽtia. *ut inquit Auguſtinus multa deus deneget propicius quæ concedat iratus, et*
ut ſemel dicatur unde ſe ſe ꝓuidentia clariſſime prorſus exſinuet, eluceatq;
in omnibus humanæ uitæ caſibus et euentis adeo, ut et ad paſſeres et ad ca
Chriſtus ſalua/ *pillos humani capitis ſaluatoris Chriſti ſentẽtia ꝓtendatur, nõ ſolũ ad ma*
tor. *iora quæ magis illi ſubiacere ſuapte natura uideantur. quẽ quidem locum la*
te proſecutus eſt is, cuius in primo capite mẽtio facta, Ioãnes Chryſoſtomus, Io. Chryſoſto/
ut ſtargirio ui dæmonis uexato ſacrarum teſtimoniis litterarũ ſuggereret mus.
prouidentiam. Quæ tẽporum decurſu, ſi quæ fiunt in orbe diligẽter perpen
dantur, bonis oculis manifeſtatur. Putoq; eius iudicia non parum multa me
daturum in libris qui publica meorũ temporum negotia continent. ubi non
Autho. hiſtoria. *amplius philoſophi atq; theologi defungẽs munere diſputare par eſt de pro*
uidentia dei, ſed quæ acta ſunt ætate mea hiſtoriæ monumẽtis referre, qbus
ipſa facile ꝓuidẽtia cognoſcetur. Quæ quidem ſi noſtris animis non libenter
quandoq; recipitur, ut pote cupientibus deum non pro ſua ſapientia, ſed pro
noſtra infirmitate uel orbi uniuerſo, uel particularibus negotiis prouidere,
magnam utiq; moleſtiam parit, ita ut qui diuinæ prouidentiæ leges admiſe
runt ægre, in hanc unam uel nolentes inciderunt ꝙ idcirco. ſ. ſe ipſos excru/
Auguſt. ſentent. *ciant. nãq; ut Auguſtinus ait ad deum loquens, iuſſiſti domine et ita eſt ut*
omnis inordinatus animus ſit poena ſibi. quo item authore didicimus eum
qui eſt naturæ creator optimus, iuſtiſſimum eſſe ordinatorem malarum uo/
luntatum, quæ cum bonis naturis utantur male, ipſis ille q̃q̃ malis utitur be/
ne. Hæc autem et ſimilia cum ingerimus philoſophaſtris, contemnũt autho
ritatem q̃q̃ reſponſa quibus uſi ſumus labefactare non poſſunt. q̃q̃ rationes
Agitur cõtra ad *quibus pro ueritate bellamus diſſoluere nequeant. Sed quid rogo gentium au*
uerſarios ex ab *thoribus reſponſuri ſunt & non Ariſtoteli ſolum et Auerroy de quibus ſupra* Ariſt. Auer.
undanti. *ſatis eſt actum, non Platoni qui poenas etiam et præmia poſt mortem, diui/* Plato.
næ rettulit accepta prouidentiæ, ſed eius ſectatoribus Plotinoq; præcipue, de Plotinus.
Plotini locus *quo ſæpe uerba fecimus, Plotino inq̃ præter alia decernenti in primo de pro*
uidentia libro artificem rationem, malis poſtq̃ facta ſunt, uti opportune, ma/

Syneſius. ximeq́ eſſe poteſtatis bene malis uti.ut Syneſium taceam referentem in di/
uinam prouidentiam aduerſa quæ præter merita contingunt,utpote quibus
Seneca. noxii ad res caducas affectus extirpētur.et Senecam ſileam qui fatalis (ita
dixerim) porticus habitator fuit,noluit.n.a deo indelitiis haberi uirum bo/
num,utpote quem ille ſaliciet expeteret,duraret,et præpararet ſibi.ita in li/
bello de mundi gubernatione ſcriptum ab eo conſtat.In quo multa ad hanc
ſententiam congeſſit. Quid poetas antiquiſſimis et iis quoq́ authoribus qui
uel fato uel fortunæ ſuppoſuiſſe omnia uidentur? apud quos prouidentiam
nihilominus aſſertam legimus,et parcis etiam et fortunæ præpoſitam? Ad/
Plutarchus. cedat Plutarchus qui docet ab Homero mōſtratum eſſe in Vlyſſis naufra/
gio fortunæ præſtaſſe prouidentiam, nam illorum carminum gratia. ἔνθα
κε δὴ δύστηνος ὑπὲρ μόρον ὤλετ' Ὀδυσσεὺς, εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυ
κῶπις ἀθήνη, ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης,ſcrip
ſit hæc uerba.κινδυνεύων ὑπὸ τύχης ἀπολέσθαι,ἐκ προνοίας ἐσώθη.i.la
Alter Seneca. tinæ piclitatus ex fortuna pire,ſaluatus eſt ex puidētia.Alter Seneca qui in
ædipi tragedia cecinerat fatis agimur cedite fatis,in troade poſtmodū ſcri/
bit ſub hecubæ perſona. quicumq́ regno fidit, et magna potens dominatur
aula,nec leues metuit deos,animūq́ rebus credulum lætis dedit, me uideat
et te troia.ubi uel deorum opera uel fortunæ (ita enim leues deos intelligi
poſſe nonnulli uolunt) ruiſſe Troiam putauit.quorum uel utrumq́ uel al/
terutrum fati neceſſitati aduerſatur, Si fatum non dei uoluntatem, ſed ne/
Iulius Cæſar. ceſſariam catenam rerum intellexit. Accedat et Iulius Cæſar cuius opinio
nem de fortunæ dominio recitauimus.eum enim ſemel atq́ iterum euen/
Oppius. tus humanos in dei rettuliſſe prouidentiam Oppius eſt author.quid? quod
Valerius. ipſemet Cæſar anteq̄ forte naſceretur Valerius ille,qui ſcripſit diuinam irā
ſupplicii grauitate compenſare tarditatem,ſcriptum reliquit in cōmentariis
belli gallici conſueſſe deos immortales quo grauius homines ex cōmutatio
ne rerum doleant, iis ſecundiores interdum res et diuturniorem impuni/
Ariſtoteles. tatem concedere. quæ uidentur ad Ariſtotelis immitationem dicta. Sed ii
ad poenam delinquentis, ille ad publicum aliorum exemplum rettulit ut
ſupra iā patuit capite ſexto primæ partis. Muſæus item q̄q̄ poetæ fatum et
parcas et fortunam cōcelebrant,et eis ſupponi quādoq́ humanam et uitam
et mortem uidentur,perniciosum tamen illū et ultimum Leandri natatum,
non ſolum parcis aut fato,fortunæ ue,ſed amori etiam tribuit,ut liberam uo
luntatem a dominio parcarum exereret.Vbi enim dixit bene actum fuiſſe, Locus Muſei.
ſi Hero pepercíſſet Leandro hiemis tempore, nec indicem lucernam accen/
diſſet,adiecit ab amore et parca uim allatam unde ait ἀλλὰ πόθος κὲ μοῖ/
ρα βιήσατο,inquo licet aduertere primo fuiſſe amorem ſubnotatum, quo/
niam principium rei erat electio,quæ pendebat a uoluntate, poſtea citauit
parcam cui effectus ſolet acceptus referri. nec multo interuallo ſcripſit ab/
amore parcas non potuiſſe cogi,tacite monens ubi quis ſe ſe præcipitauerit,
eius poſtea non eſſe ut eleuetur, ſed id ſequi quod ille ſciens et uolens ſibi
procurauit. Orpheus quoque amoribus et neceſſitati dedit facta Medeæ, Locus Orphei.
primoq́ amores in cauſa fuiſſe uoluit ἕτερον inquit ἔρωτας, deinde
Plutarchus. ſubdidit δὲ ϖε[illegible]ἀνάγκαι.ſic et Plutarchus ex Homero deducit ei quod uo
luntarium eſt neceſſitatem adiungi ὅταν τὶς πράξας ὃ βούλεται εἰς ὃ μὴ
βούλεται ἐμπέσῃ.quando quis qđ uult faciens,in id qđ minime uult acciderit

Loca Vergilii. *Vergilius quoq; non fatis dũtaxat,ſed humanis etiam criminibus adſcripſit*
poenas,unde illud in ſexto in perſona Deiphobi. Sed me fata mea et ſcelus
exitiale Lacænæ, His merſere malis. Idẽ quoq; fato noſtram copulaſſe uide
tur induſtriam,atq; ſubodoraſſe precibus obtineri non poſſe quæ diuinitus
nõ ſint decreta, unde illud in quinto.
Quod ſuper eſt oro liceat dare tuta per undas
Vela tibi,liceat laurentem attingere tybrim
Si cõceſſa peto,ſi dãt ea moenia pcæ.Et ĩ eodẽ ãtea. Da(nõ ĩdebita poſco re
gna meis fatis) latio cõſidere teucros.Et de aureo ramo ĩ.vi.facilisq; ſeqtur.
Si te fata uocant aliter non uiribus ullis.
Vincere nec duro poteris conuellere ferro.
Quæ quis paulo eruditior non aduertat e quandam eſſe uelut adumbratam
imaginem eorum quæ ſacre littere decreuerãt,a quibus illa poſtea ſunt trac
Sẽtẽtia Grego. *ta Gregorii,obtineri nequaq̃ poſſe quæ prædeſtinata non ſunt,ſed quæ ſanc*
ti uiri orando efficiunt ita eſſe prædeſtinata ut eorum precibus impetren/
tur. Omitto multa gẽtiũ teſtimonia quæ q̃uis non explicuerit indicarũt ta/
men,in his quæ a noſtra uolũtate dependẽt,ſi delinquimus, cauſarũ nemini
præter q̃ ipſi uoluntati omnino imputandũ, nec adiis expectãdum quæ ab
eadem ipſa fieri ſolẽt, ni ſe met ſuis quaſi dixerim manibus opi accinxerit,
unde illud Catonis apud Saluſtium uigilãdo agẽdo bene cõſulendo pſpere Saluſtius
oĩa cedũt,ubi ſecordiæ te atq; ignauiæ tradideris ne q̃cq̃ deos implores,ira/
ti ĩfeſtiq; sũt.Quibus omnibus cõſtat nõ poſtremas mõ rõnes,q̃bus philoſopha
ſtri cõtra ueritatẽ, ueluti copiis auxiliaribus redintegrare præliũ curaue/
rãt,fuiſſe multifariam diſſipatas.Sed ẽt ex iis authoribus quos ipſi libẽtius
q̃ noſtra cõplectũtur petita multa,quæ et eorũ, quæ iam confutata ſunt per/
uerſis dogmatis aduerſentur, et noſtra cõmuniãt ueluti coronide hoſtili bel
Epilogus. *lando parta.Hæc habui .D.Grimãne Card. et patriarcha doctiſſime quæ*
de prouidentia diuina diſſererem,plura fortaſſe reponerem ſi et ociũ ani/
mo et qes daretur corpori,ſi ampliſſimæ quoq; tuæ bibliothecæ copia mihi
patuiſſet.Cui poſtq̃ eius quæ Io.Pici patrui mei fuerat,ab Antonio itidẽ pa
truo cui teſtamẽto obuenerat, ipſi tibi,me(fateor) non conſulto(quis.n.eam
ſibi iure non malit) uenditæ, facta eſt acceſio, et numerus indies auctus ex
omnis generis uoluminibus, quæ tibi magna cura ſumptuq; cõquiris,facile
cõtinget ut eam quæ ſunãdii aut Ptolemæi fuerat poſteri minus deſiderẽt.
Arbitror tamen (quãdo tanta eſt iuſtæ cauſæ potẽtia) meis ſolum copiis ho/
ſtes pterrefactos. hoc eſt mea quãtulacũq; ſit, nõ tamẽ ære paruo diligẽtiaq;
mediocri parata bibliotheca, monſtratũ ã me iuuãte deo nõ relinqui anſam
male philoſophantibus,diuinã puidẽtiam calumniandi. Sed occaſionẽ dari
ut amplius in tã eximio lucis fulgore non cõniueant,potius aũt θείω ψυχῆς
ὄμματι,ut Ariſt.ipſius,uerbis ad Alexandrum utar,et aſpiciant illam,et to Ariſtoteles.
tis uiribus amplectantur. quã pbauimus toto libri decurſu, non mõ ſincere
prædicatã ab unica et uera Chriſti fide,ſed in cõmuni ab omniũ gẽtiũ uoce
quoquomõ narratã,a poetis utcũq; decãtatã,a phis Platone Plotino Ariſto.
Auerroe (q̃tũ iis cõceſſũ q nec Moſeos umbraculis tecti,nec ſole iuſticiæ pur
gati oculos) aſſertam,ac ualidiſſimis demũ rationibus, quæ philoſophorum
præſtant teſtimoniis apertiſſime comprobatam ⁖

⁖ FINIS AD DEI GLORIAM ⁖

¶ Anno á Partu Virginis. M. D. VIII. No. nouembr. In
ſuburbio Noui ſub Alberti Pii Carpi domini ditione.
Librum hunc de prouidentia dei contra philo/
ſophaſtros, compoſitum editũq; ab Io. Frã
ciſco Pico Mirandulæ domino
Benedictus Dulcibellus
Mãgius Carpẽſis
exſcripſit
Stanneis uſus calamis, uſus et diligẽtia tanta, ne ab authographo
decideret exẽplari, ut ſi etiam minuta fortaſse quæpiã omiſſa
cõmiſſa ue ſint, abſit tamẽ ab ea culpa qua notati ãtea
quidam artificœs, ꝙ in pleriſq; ipſius authoris
operibus excudendis, aut clauſulam
quãdoq; intercæperint, aut uerba
omiſerint ĩuerterint ue, aut
ortographiæ rationẽ
poſthabuerint.
∴

Regiſtrum. A.iii.B.iii.C.iii.D.iii.E.ii.F.ii.G.ii.



811.638



BIBLIOTECA R. BONGHI

Digitized by Google

Digitized by Google